~~17. 6~~

97

3 Kupfer

Accedunt.

2. Cur & quomodo Christianum concilium debeat esse Liberum.

3. Declaratio Tabulae trium methodorum Theologiae.

4. Claudii Alberii Triunciuriani de Terrae motu oratio

(2024) 1.

# TABULÆ

Sive

# INTRODUCTIONES IN IV. LIBROS JUSTINIANI IMPER. INSTITUTIONUM JURIS CIVILIS:

In quibus

*Præter ea, quæ in Inſtitutionibus tradita ſunt, multa ex Pandectis, Codice, aliisq; Juris libris ſelecta comprehenduntur:*

AUTHORE

CLAUDIO MORON,

in Senatu Pariſienſi Advocato, Villænovæq; Regiæ Procuratore Regio.

*Acceſſere*

TABELLÆ VIII.

*Oſtendentes quo ordine legenda & cognoſcenda ſit ſeries Hiſtoriarum Mundi.*

BIBLIOTH: ACADEM: DORPAT:

ROSTOCHI

*Litteris & impenſis Auguſtini Ferberi,*

M. DC. XXVIII.

Alxd.
Tartu Riikliku Ülikooli Raamatukogu
22.

# Typographus & Bibliopola
## Lectori candido S.

PRomo ecce, Lector benevole, in uſum tuum tabulas Iſagogicas CLAUDII MORONI, non premendas diutius, poſtquam integrum ferè luſtrum penes me preſſæ delituerunt. Uti eas ederem, fecit non ille ſolùm, abs quo eas Venetijs excuſas primulùm, huic fini præſtinabam, qui ſe ex proſcriptis è Bohemiâ, & genere non ignobilem eſſe, illaſq; à plurimis efflictim deſiderari conſtanter aſſeverabat; ſed & alij, ſinceri judicij Juriſconſulti, quibus eæ vehementer probabantur. Ne feſtinanter præcipitarem illarum editionem, abſterrebar, quia tabellæ erant, h.e. moleſtæ & difficilis compoſituræ opus: & quòd experimentis edoctus fui, in pari vitio æſtimatorum (iniquorum dicam, an imperitorum) haberi occipere, libros operæ trivialis & exquiſitæ; typi minutioris, & groſſi; chartæ elegantioris, & turpis; exemplaris gratuitò exſcripti, & pretio eoq; ſæpè non exiguo quæſiti; materia ſive objecto ſerio occupatos & nugalibus ineptiis, fabelliſvè anilibus effarctos. Quo metuendum mihi erat, ne operæ non tam pretium, quàm perditionem facerem. Vicêre tandem qui ab altera parte conſiſtebant, metum hunc excutiebant, rectiùs de te, quiſquis futurus es, Lector, ſperare jubebant, & editionem urgebant: Uti meum non eſſe tandem ſtatuere me oportuerit, theſaurum hunc dextro Hercule refoſſum, poſt cohortationes, ſcrobi aut tenebris remancipare. Ut tanto comptior pro-

diret, mantiſſæ loco adjeci ei tabellas in Hiſtoriæ le
ctionem introductorias, ſcriptas à viro ſuperiori ſe
culo celeberrimo: Uti & Decretum Ordinis JCto
rum Bituricenſium, ab Eguinario Barone, Doctor
nobiliſſimo, olim inter ſcripta ſua vulgatum; ex qu
perſpici poteſt, utriuſq; Juris doctrinam intra brev
tempus docendo juventuti proponi poſſe, ſi ſint qu
concordi ſtudio in id conſpirent. Præmiſi etiam, u
decens haberet libellus, ipſisq; Juſtinianeis Inſtitu
tionibus non diſconveniens exordium, precationi
Dominicæ tabellam Analyticam Julii Pacij, JCti de
Juris cultoribus meritiſſimi. Eaq; omnia eò feci, ut
& libellus hic tanto tibi redderetur commendatior;
& ſtudium tibi inſerviendi meum perſpectius; tuus
verò erga me animus benevolentior. Ante omnia
tamen non defraudandum libellum hunc putavi,
præloquio Authoris ſui ad Reverendiſſ. & illuſtriſſ.
præſulem Nizernenſem originariæ editioni præſcri-
pto. Quod cum omni ſequelâ en accipe, Lector,
operâq; noſtrâ in commodum tuum, quod voveo,
fruere; & ut illa ſeſe propediem promptam & para-
tam tibi magis magiſq; deſtinet, tui favoris & bene-
volentiæ amplificatione effice; utq; hæc omnia tan-
to rectiùs facias, rectè & belliſſimè vale.

*Auguſtinus Ferberus.*

REVE-

*Reverendiſs, in Chriſto Patri Religioſiſſimoq;*
*Nivernenſi Præſuli*

# DN. JACOBO SPIPHAME

Claudius Moron.

S. D.

*SI tantus olim fuit veteribus amor diſcendi, illuſtriſſime Præſul, ut nihil niſi ſe ſcientiam gauderent adeptos (cujus cupiditate, ſi Tullio credimus, omnes trahimur, atque ducimur) tantò magis ardore literarum poſteritas ſuccendi, atq; inflammari debet. Nulla enim res ampliorē, ac certiorē mortalitati gloriam parit, quàm vel virtus, vel optimarum doctrinarū eruditio. Quapropter ego ſtimulis illorum veterū excitatus, libros juris ſuſcepi legendos: ex quibus optima ſelegi, vel ſelecta in hunc libellum contuli: ut nonnullum mei otij monumentum ſuperſit, quod me vixiſſe teſtetur, & faciat ut vivam. Enimvero vivit ille, qui aliis prodeſt, & ſeipſo utitur. Nec quicquam indignius eo, cui nullum ſubeſt argumentum, quo præter ætatem, ſe diu vixiſſe probet: qua profectò haud vixiſſe cenſetur, ſed potius ventri, ac libidini parens, vitam effrænem amiſiſſe. At unum hoc me plurimum movet, quòd hac tempeſtate pauci admodum reperiantur viri egregij, nobilitatis inſignis, & ſingularis eruditionis, qui ingeniis benè natis favent, bonaſq; artes ſummo ipſi quoq; ſtudio amplectuntur. Sed quò hi ſunt rariores, eò etiam ardentiore aura, & cogitatione hiſce rebus inſudant. Quos ut norunt, aut jam doctos, aut ad doctrinæ ſtudium natura natos, ac propenſos, tum ab omni fortunæ impetu defendendos, penitus ſuſcipiunt. Cujus generis homines cum ſemel tacita*

cogita-

*cogitatione perpenderem, te primatum inter eos tenere planè mecum ſtatui ac judicavi. Proinde neminem alium iſtius exigui primi partus noſtri patronum auſpicemq; mihi deligendum viſum eſt: non ut hic marmoratis laudibus vitæ tuæ ſanctitatem, conſtantemq; in bonos omnes voluntatem extollerem (quod genus præconij neq; tibi defuit, neq; deerit vnquam, quandiu Latinæ, vel Gallicæ loquentur literæ.) In te n. præter inclitæ familiæ decus, ſummæ prudentia relucet graviſſimum judicium: omnium deniq; ingenuarum artium ſcientia, unà cum ſingulari pietate conjuncta. Quarum maximum eloquium præbent ſublimes tuarum dignitatum atq; honorum gradus; quos haud dubiè nuſquam attigiſſes, niſi vel his virtutibus, alijsq; multò pluribus ornatus eſſes. Quantam precor ingenij celſitudinem, quàm acutum & perſpicax conſilium, quàm grave rerum judicium exigit juriſdictionis munus? quo multos annos egregiè, ſplendideq; functus es: & ita quidem functus, ut omnes te non modò juriſprudentiſſimum, ſed etjam formularum, uſusq; forenſis callentiſſimum mirentur ac celebrent. Porrò quantam morum integritatem, vitæ innocentiam, religionem, ac pietatem poſtulat ſacer ille præſulatus, quo hodie præcellis? Atque ut ſemel dicam, extra omnem ingenij aleam, omnibusq; doctrinæ numeris abſolutum præter te neminem dicimus, atq; ſentimus. Itaq; hunc libellum hasq; tabulas bono fideliq; animo, nomini tuo conſecrare volui: non quod in hoc tua ſtudia remorari autumem, quippe qui in multo majora gravioraq; incumbas: ſed potiſſimum, quod tantò tuo nomine plus authoritatis ſit habiturus. In quo ſi Horatianæ maturitatis opportunitatem expectare non ſuſtinuerim (quæ monet ne præcipitetur editio, nonumq; prematur in annum) nec eò citius levitati adſcribendum, ſiquidem hac Ciceronis Ro-*



*mani eloquij principis nixus ſententia. Omnem aleam jeci, par eſt omnia experiri, qui res magnas & magnoperè expetendas concupiſcunt. Igitur prout magiſter bonus eſt Mercurius, dulceſq; Camœnæ, quiſquid in me ſitum eſt reddo: non quæſtum, non gloriæ choragium ambio: contentus, ſi noſtro labore juvetur compendium diſcentium, eorumq; ſtudium atq; opera in majus meliusq; provehatur. Quod autem non me antea familiariter noveris, obeſſe ne quicquam arbitratus ſim, ne propterea hoc opuſculum tibi gratum foret, aut eo etiam quo alia ſoles animo exciperes: cum nullum ætatis tuæ tempus ab optimarum artium ſtudijs, atq; diſciplinæ abduxeris, fit ut nos non ut familiares, ſed in nobis potius artes tibi familiares neceſſariò ames. Quarum quidem tanta vis eſt apud omnes, quotquot verè ſunt homines: ut propter eas, quos nunquam vidimus, quodammodo charos habeamus. Enimverò apud te laudes & utilitatem juris ſilentio ſupprimam, quàm nunc patet, quanto fuerit alias uſui, abunde profectò in ſummo claritatis faſtigio per te ipſe expertus es. Has igitur quantulaſcunq; primitias, illuſtriſs. Præſul, hic noctibus lucubratas ſerena fronte excipies, & exceptas tuo graviſſimo exactiſſimoq; judicio perpendens æqui boniq; conſules. Quibus edendis ſit tui nominis celebritati (quæ omnibus ferè non cum humana, ſed potius divina laude jamdiu intonuit) incrementum dare nequeam. At inde meum ſubilluſtre nomen, ſplendore tui illuſtratus ſum. Vale in Deum optimum, quem precor, ut ſacræ majeſtatis tuæ, autoritatis & amplitudinis conatus pios, inſignesq; perpetuò fæcundet. Datum Lutetiæ Pariſiorum 16. Calen. Octob. Anno Domini 1553.*

Oratio dominica continet

- Petitionem
  - Eorum, quæ impetrare cupimus. Hæc ſpectant
    - Ad gloriam DEI, qui rogatur. — *Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.*
    - Ad nos rogantes, atque hæc reſpiciunt
      - Partim religionem, quæ quidem duo ſunt:
        - Sanctificatio noſtra, quæ fit Deo in nobis regnãte.
        - Bona opera. — *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.*
      - Partim ad hujus vitæ neceſſitatẽ. — *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*
  - Ut removeantur impedimenta, quæ obſtant, quò minùs
    - Exaudiri à Deo debeamus. Hæc ſunt peccata admiſſa. — *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*
    - Tutò retineamus, & cõſervemus ea, quæ impetravimus. Hæc impedimenta ſunt
      - Carnis tentatio. — *Et ne nos inducas in tentationem.*
      - Diaboli inſidiæ. — *Sed libera nos à malo, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.*
- Rationem petitionis*
  - Secundæ. — *Quia tuum eſt regnum,*
  - Tertiæ, & ſequentium. — *Et potentia.*
  - Primæ. * — *Et gloria.*
  - *in ſecula ſeculorum, Amen.*

* Hic ordo artificioſè invertitur; ut oratio, quæ à Dei gloria ſumpſit initiũ, in eandẽ deſinat.

TABU-

# TABULÆ SEU INTRODUCTIONES IN LIBRUM PRIMUM IUSTINIANI IMPERATORIS INSTITUTIONUM CIVILIUM.

- *Publicum hoc conſiſtit in*
  - *Sacerdotibus,*
  - *Sacris,*
  - *Magiſtratibus.*
- *Privatũ quod eſt triplex:*
  - *Naturale, quod eſt commune belluis & hominibus, ut*
    - *Conjunctio carnalis,*
    - *Liberorum procreatio,*
    - *Liberorum educatio.*
  - *Gentiũ, quod eſt cõmune hominibus tantũ, ſed omnibus, ut*
    - *Bella,*
    - *Captivitates,*
    - *Servitutes,*
    - *Obligationes.*
    - (*Hæc duo immutabilia quoad totũ, non quoad partem.*)
  - *Civile, hoc eſt cõmune aliquibus civibus tantũ, ut*
    - *Statuta, hic jus ſcriptũ, quod eſt*
      - *Lex,*
      - *Plebiſcitum,*
      - *Senatusconſultum,*
      - *Populi placita,*
      - *Prætorum edicta,*
      - *Reſponſa prudentum.*
      - (*Hæc mutabilia.*)
    - *Conſuetudines, hic jus non ſcriptum.*

- *Omne jus pertinet ad*
  - *perſonas, quæ ſunt*
    - *Liberæ: ut*
      - *Ingenui: ut ex*
        - *Duob. ingenuis,*
        - *Duob. libertinis,*
        - *Uno ingenuo, alio libertino,*
        - *Patre ſervo, matre ingenua,*
        - (*Nati.*)
      - *Liberti, quales ſunt*
        - *Dedititii,*
        - *Latini,* (*Ii hodie nõ ſunt in uſu.*)
        - *Plenè manumiſſi.*
      - (*Ii ſunt cives Romani.*)
    - *Servæ per*
      - *Captivitatem,*
      - *Venditionem,*
      - *Nativitatem.*
      - (*Hi ſunt in poteſtate dominorum.*)
  - *Res,*
  - *Actiones.*

## De Dominorum Poteſtate.

Hæc dominorũ poteſtas

- Olim erat usq; ad ſervorum necem. (gutu
- hodie
  - Domini, qui plus æquo ſæviũt in ſervos, vẽdere c
  - Puniũtur domini, in ſervos ſine cauſa animadve (tent
- Per manumiſſionem tollitur.
  - Manumiſſi ſunt
    - Libertini,
    - Latini,
    - Dedititii.
    - Hodie omnes ſunt libertini.
  - Manumiſſio
    - Fit
      - In eccleſia.
      - Inter amicos.
      - Per epiſtolam.
      - Per teſtamentum.
      - In tranſitu.
    - Non valet
      - Si alibi quàm in teſtame fieret in fraudem cre ditorum.
      - Si fiat à minore 20. anni non habente juſtã cauſ
      - Si fiat in teſtamento à mi nore 18. annis.

## De Ingenui Definitione.

Ingenui, alii ſunt

- In poteſtate parentum, quæ
  - Provenit ex
    - Nuptiis.
    - Adoptione.
    - Legitimatione.
  - Diſſolvitur
    - Morte,
    - Deportatione,
    - Servitute,
    - Dignitate patriciatus filii,
    - Captivitate pendet.
    - Emancipatione.
- Sui juris, quorum alij ſunt
  - Illegitimi, ut
    - Spurii, qui nati ex concubina dicuntu
    - Inceſtuoſi, nati ex conſanguineis.
  - Legitimi, ut
    - Majores 25. annis.
    - Minores, qui ſunt in
      - Tutela & Cura.



## De Nuptiis.

Nuptiæ

- Permittuntur omnibus, qui cives Romani ſunt,
  - Sive ingenui,
  - Sive libertini
  - Sint, modò fuerint puberes.
- Prohibentur inter
  - Aſcendentes,
  - Deſcendentes.
    - Uſque ad infinitum.
  - Tranſverſos, ſed usq; ad quartũ gradũ.
  - Affines hos.
    - Privignam, vitricum:
    - Nurum, ſocerum:
    - Socrum, generum:
    - Novercam, privignum.

## De Adoptione.

Adoptio fit per

- Principem, iis qui ſunt ſui juris adoptatis, & dicitur arrogatio.
- Magiſtratum, iis qui ſũt alieni juris adoptatis, & dicitur adoptio.

utraq;

- Valet,
  - Sive liber, ſive ſervus adoptetur.
  - Sive in locũ filii, ſive in locũ nepotis fiat.
  - Sive filius naturalis, ſive ab aliquo jam adoptatus adoptetur.
- nõ valet,
  - Si extraneus filiumfamil. adoptet.
  - Si impubes ſui juris ſine reſcripto & cauſæ cognitione adoptetur.
  - Si adoptãs nõ ſit 18. ãnis major adoptato.
  - Si caſtratus adoptet, ſecus ſi ſpado.
  - Si fœmina adoptet citra indulgentiam principis.
  - Si adoptetur aliquis in nepotem ſine conſenſu filij.

DE

## De Tutela.

Tutela triplex:
- Teſtamentaria.
  - Cum datur illis tutor in teſtamento, vel
    - A patre,
    - A matre,
    - hoc caſu [j]udicis inqu[iſi]tio & cō[nfir]matio int[er]venire deb[et].
  - Datur impuberibus
    - Filiis,
    - Filiabus,
    - Nepotibus
    - Neptibus.
    - ſive nati, ſive con[ce]ptis.
  - Dātur tutores
    - Servi proprij, & per [teſtamentum] cenſentur libertat[e] donati.
    - Servi alieni, ſed tant[um] liberti erunt.
    - Ingenui ſive patresfam[i]lias ſint, ſive filijfam[ilias].
    - Furioſi, ſed cum comp[o]tes mentis erunt.
    - Minores 25. annis, ſ[ed] cum majores erunt.
  - Ad certum tempus.
  - Ex certo tempore.
  - Sub cōditione.
  - Ante hæredis inſtitutionem.
  - In univerſis bonis.
- Legitima.
- Dativa.

DE LE



## De Legitima Tutela.

[L]egitima [tu]tela, id [eſ]t, quæ [de]ficiente [te]ſtamētariâ, legitimis [d]atur hæredibus, [q]ui ſunt
- Agnati: ut
  - Frater conſanguineus.
  - Fratris filius vel nepos, filia, vel neptis,
  - Patruus,
  - Patrui filius, filia, nepos, neptis,
  - Amita,
  - Soror conſanguinea.
  - Jus omniū agnatorum ōni capitis diminutiōe tollitur.
- Cognati verò ſunt
  - Filius ſororis conſanguineæ,
  - Frater uterinus,
  - Soror uterina,
  - Amitæ filius.
  - Omnes qui ex fœmininis cōſanguineis deſcendunt.
  - Jus horū cognatorū media & maxima capitis diminutione tollitur.
- Item legitimi ſunt tutores:
  - Patronus,
  - Liberi patroni,
  - Pater, ei quem emancipavit,
  - Liberi patris, huic emancipato ſunt fiduciarij tutores.

## De Dativa Tutela.

[Da]tiva [con]ſti[tu]tu[t]a [li]bert[or]um
- Vel
  - Si teſtamētaria & legitima tutela ceſſet:
  - Quandiu pendet conditio, vel dies qua teſtamentarius tutor datus eſt:
  - Quandiu ex teſtamento non eſt adita hæreditas:
  - Quandiu tutor teſtamentarius, vel legitimus eſt ab hoſtibus captus:
  - Sed his caſibus ceſſat tutor datus, ceſſante impedimento.
- Olim in
  - Urbe Romana à prætore,
  - Provinciis à præſidibus,
  - Autoritate Atilii & Julii dabatur.
- Hodie dāt
  - Romæ præfectus, vel Prætor ex inquiſitione.
  - In provinciis Præſes, vel magiſtratus juſſu Præſidis.
  - Ubiq; defenſor civitatis cum Antiſtite, ſi pupilli facultates uſq; ad 500. ſolidos valeant.
  - Hi debent ab his, quos tutores dant ſatisdationē exigere,

 DE CA-

## DE CAPITIS DIMINUTIONE.

Capitis diminutio eſt triplex:

- Maxima, cum quis perdit libertatem & civitatẽ.
  - Is qui ſervus pœna ficitur.
  - Libertus ingratus.
  - Is qui ſe vendi paſſus
- Media, cum quis civitatem tantùm, non libertatẽ perdit, ut
  - deportatus, aquâ & igni interdictus.
- Minima, cum ſtatum ſuum mutat, ut
  - Filius emancipatus.
  - Secus eſt in ſervo manum
  - Secus eſt in remoto à di

## DE AUTORITATE TUTORUM.

Autoritas tutoris

- Neceſſaria nõ eſt, cum pupillus
  - Aliquid ſibi dari ſtipulatur.
  - Vel aliter meliorem ſuã co tionẽ ſine ulla vexatione f
- Neceſſaria eſt ſi pupillus
  - Emere vel vendere,
  - Locare vel cõducere,
  - Mandare vel mandatum ſuſcipere,
  - Deponere vel depoſitum accipere,
  - Hereditatem adire, vel recuſare,
  - Bonorum poſſeſſionẽ agnoſcere, vel nõ agnoſcere,
  - Voluerit.
    - His caſib. nõ cit tutorẽ pṛ tractũ celebr vel per epiſt præſtare aut tatem, ſed præſens eſſe.
    - Et his tamẽ bus etiã ſine re alios oblig poteſt, ipſe ver obligatur.

## QUIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

Tutela finitur

- Pubertate, quæ eſt in
  - Maſculis poſt 14. annos com pletos.
  - In Fœminis poſt 12. annos pl
- Arrogatione,
- Deportatione, Servitute,
- Captivitate, Morte,
- Magna & media capitis diminutione tutoris,
- Minima etiam capitis diminutione pupilli.
- Deficiente tempore, vel conditione, qua tutela erat f
- Tutoris remotione vel excuſatione.



## DE CURATORIBUS.

Curatores dãtur

- Puperibus uſq; ad 25. annos.
- Furioſis, Surdis, Mutis,
  - Donec morbus ceſſet.
- Pupillis,
  - Si tutor non ſit idoneus.
  - Si tutor ſit ad tẽpus excuſatus.
  - Si tutor aliqua neceſſitate impediatur.
- His omnibus invitis non datur curator, niſi pro lite.
- Ab his judicibus, qui tutores dare poſſunt.
- A teſtatore, interveniente tamen judicis confirmatione.

## DE SATISDATIONE TUTORUM; VEL CURATORUM.

Satisdatio

- Exigitur
  - A tutoribus legitimis,
  - A tutoribus, ſine inquiſitione datis,
  - Etiam pignoribus captis.
- Non exigitur
  - A tutoribus teſtamẽtariis.
  - A tutoribus cũ inquiſitione datis.
  - Sed his caſibus, ſi plures ſint tutores, præfertur
    - Ille qui ſatisdationem offert.
    - Vel qui à teſtatore electus fuit, ut adminiſtret.
    - Vel qui à cæteris electus eſt, ut adminiſtret.
    - Vel ille quem judex elegit.
- Hanc ſatisdationem ſi à tutoribus magiſtratus non exigit,
  - Tenetur, ſi ſit minor magiſtratus, & tutores ſint non ſolvendo.
  - Non tenetur, ſi ſit
    - Præfectus,
    - Præſes,
    - Prætor.

## DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

*Tutores vel Curatores à tutela excuſantur*
- *propter*
  - *Quinq; liberos naturales, non adoptivos,* — *Modò vivant, vel in bello mortui ſint.*
  - *Quinq; nepotes ex filio, non ex filia natos.*
  - *Adminiſtrationem bonorum fiſci.*
  - *Abſentiam, cauſa Reipublicæ faciendam.*
  - *Poteſtatem aliquam publicam.*
  - *Litem, quam cum pupillo vel adulto habet de omnibus bonis, aut majore parte bonorum.*
  - *Tria onera tutelarum plurium pupillorum.*
  - *Paupertatem.*
  - *Adverſam valetudinem.*
  - *Literarum ignorantiam: quanquam ſecus ſit (in) ignorantiam, quâ tutor teſtatorē non agno(vit)*
  - *Inimicitias capitales.*
  - *Controverſiam ſtatus à teſtatore motam.*
  - *Ætatem majorem 70. annis, & minorē 25. ann(is)*
  - *Militiam, ſive armatam ſive literatam, quâ qu(i) alios docet. (liberat)*
  - *Tutelam, quam quis geſſit, ab ejuſdem cura pot(eſt)*
  - *Sed & maritus ab uxoris ſuæ cura etiam ſuſcep(ta) ſe excuſare poteſt.*
- *Una excuſatione propoſita, Vel pluribus propoſitis.*
  - *Intra 50. dies à tempore, quo cognoverin(t) ſe tutores datos, ſi ſint intra cente(ſi)mum lapidem, id eſt, miliare: ſi ſin(t) ultra, pro quolibet die habent 20. mi(liario), & præterea adhuc intra 3(0) dies poſſunt excuſationem proponere.*
  - *Unâ verò non probatâ, alia adhuc allegari poteſt.*
  - *Falſa tamen allegatio nihil prodeſt.*





## DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS.

*Tutor ſuſpectus*
- *Accuſari poteſt*
  - *A quolibet de populo.*
  - *Etiam à muliere, ob pietatem accuſante.*
  - *Etiam à pubere, cujus cura geritur, ſecus ab impubere.*
- *Removeri poteſt*
  - *Per prætorem Romæ.*
  - *Per præſidem. / Per legatum proconſulis* — *In provinciis.*
    - *omnes ii judices removent,*
      - *Vel ob dolum, & tunc tutor eſt infamis.*
      - *Vel ob culpam, & tūc tutor nō eſt adeò infamis.*
      - *Vel ob paupertatē, & tunc tutor non dicitur infamis, neq; ſuſpectus.*
- *Quilibet eſſe poteſt*
  - *Sive teſtamentarius,*
  - *Sive dativus,*
  - *Sive legitimus & patronus.*
- *Dicitur,*
  - *Qui non ex fide tutelam gerit, etiamſi cautionem offerret.*
  - *Qui dolo alimenta pupillo negat, ſecus ſi per inopiam.*
  - *Qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus dicatur.*

## LIBRI PRIMI FINIS.

# TABULÆ SEU INTRODUCTIONES IN LIB. II. INSTITUTIONUM CIVILIUM.

Res omnes ſunt aut

- Corporales, ut
  - Fūdus,
  - Homo,
  - Aurū,
- Incorporales, ut
  - Hereditas,
  - Obligatio,
  - Servitus, quæ duplex:
    - Perſonalis, ut
      - Uſusfructus, qui
        - Cōſtituitur
          - Teſtamēto, Pacto, Stipulatione.
          - In rebus, quæ uſu nō cōſumuntur. Pro his cavetur
            - De utendo arbitrio boni viri.
            - De re finito uſufructu, reſtituenda.
          - In rebus, quæ uſu cōſumuntur, ut Vinū, Oleū, Frumētū, Veſtimētū, Pecunia nūerata. Quaſi uſusfructus cōſtituitur. Pro his cavetur de tanto reſtituendo.
        - Finitur
          - Morte,
          - Media capitis diminutione,
          - Maxima capitis diminutione.
          - Ceſſione uſusfructus proprietario facta.
          - Conſolidatione rei.
          - Ceſſatione per 10. annos, vel 20. inter abſentes facta.
      - Uſus. A.
      - Habitatio. B.
    - Realis C.



A. Uſus, qui

- iiſdem modis & Conſtituitur, Finitur, Quibus uſusfructus.
- Locari, Vendi, Gratis alii dari Non poteſt. Cum tamen hæc omnia fructuarius faciat.
- Præter quam Hoſpiti. Uxori. Liberis. Familia.
- Si in pecoribus conſiſtat
  - Stercoribus uti poteſt.
  - Uti non poteſt Lacte, Lana. Agnis.

B. Habitatio, quæ

- Separata eſt ab Uſufructu. Uſu.
- Locari poteſt,
- Morte finitur, non capitis diminutione.

C. Realis ſive prædialis ſervitus eſt aut

- Ruſtica, ut
  - Iter,
  - Actus,
  - Via,
  - Aquæductus,
  - Aquæhauſtus,
  - Pecoris ad aquam appulſus,
  - Jus paſcendi,
  - Jus calcis coquendæ,
  - Jus arenæ fodiendæ,
  - Jus cloacæ recipiendæ.
- Urbana, ut
  - Onus vicini ſuſtinere,
  - Stillicidium recipere,
  - Altius ædes tollere,
  - Luminibus non officere.

Hæ omnes ſervitutes reales conſtituuntur

- Teſtamento,
- Pacto,
- Stipulatione.

**Res aut[em] ſunt**

- **Communes: ut**
  - Aer,
  - Aqua profluens,
  - Mare,
  - Litus maris, ſed ædificium in litore factum, ejus eſt qui fecit.
- **Publica, ut**
  - Flumina perennia,
  - Portus,
  - Jus piſcandi in portu fluminibusq[ue].
  - Riparum, Littorum, Maris. — Uſus. ſed riparum proprietas eſt privata.
- **Univerſitatis: ut**
  - Theatra,
  - Stadia,
  - Palatium,
  - Curia communis.
- **Nullius, ut**
  - Sacræ, veluti quod autoritate non privata ſed Pontificis eſt conſecratum.
  - Religioſæ, ut cœmiteria.
  - Sanctæ, ut muræ & portæ civitatis.
- **Singulorũ, & fiunt ſingulorũ per**
  - Occupationem,
  - Alluvionem,
  - Rerum commixtionem,
  - Traditionem ex juſta cauſa factam,
  - Uſucapionem,
  - Donationem,
  - Succeſſionem.
  - Hi ſeptem modi declarantur à principio hujus ſecundi libri uſq[ue] ad titulum de obligationibus.



**Primò, occupatione, res noſtræ fiũt**

- Feræ beſtiæ & volucres & piſces, ſive
  - Capiũtur in fundo
    - Proprio,
    - Alieno, ſed hic dominus ingreſſum poteſt impedire.
  - Ita voluerũt, ut capi poßint — Omnes tamen deſinunt eſſe noſtræ, ſi libertatem naturalem receperint.
- Apes, quæ nullius ſunt.
- Examen apum, quod dominus cum difficultate perſequeretur.
- Pavones, Colũbæ, Cervi, — Cum revertendi animũ non habent, i.e. cum revertendi conſuetudinẽ deſierint habere.
- Gallinæ, Anſeres, — Tum quocunq[ue] in loco ſint, non fiunt noſtræ per occupationem.
- Ea, quæ ab hoſtibus capimus.
- Ea, quæ in litore maris inveniũtur.
- Fœtus, qui ex animalibus noſtris naſcuntur.
- **Fructus autem animalium ſunt**
  - Fœtus (niſi homo eſt ex ancilla natus.)
  - Lac,
  - Pilus,
  - Lana,
  - Hædi,
  - Vituli,
  - Equuli.
- Fructus, quos bona fide ex alieno fundo, quẽ exiſtimamus noſtrũ,
  - Percepimus, & conſumpſimus.
  - Vel percepimus tantùm, ſi ſimus fructuarij fundi, — Qui gregis fructuarius eſt, in locũ mortui animalis aliud reponere debet.
- Theſauri, quos invenimus in loco
  - noſtro, ſacro, religioſo, — Sed fortuitò.
  - alieno, ſed fortuitò, & adhuc dimidium domino reddere debemus.
  - fiſcali, publico, — ſed dimidium reſtitui debet.

Si paulatim flumẽ ex tuo agro, in meũ aliquid deject[illegible]
Secus, ſi per vim, aliquam fundi tui partem eodem tempore detraxit.

**Secũdò, alluvione res noſtræ fiunt,**

- Si inſulam in mari natam occupaverimus.
- Sed inſula in flumine nata illorum eſt, qui prope ripam fluminis prædia habent.
- Sic & alveus, quem flumen reliquit, illorum eſt qu[i] prope ripam prædia habent.
- Alveus verò novus, per quem de novo fluere flumen cœ[pit], publicus eſt.
- Inundatio item per totum alicujus agrum facta dominium minimè mutat.

**Tertio commixtione res noſtræ fiũt, iſtis modis,**

- Si feci vas ex tuo argento, erit tuum.
- Si feci vinum ex tuis uvis, erit meum.
- Si feci ex tua & mea lana veſtem, erit mea.
- Si purpuram tuam veſtimento meo intexui, erit mea.
  - His caſib[us] refũditu[r] alteri r[ei] ſuæ preti[um]
- Si duorum voluntate vel fortuitò res confundentur, erunt communes.
- Si duorum voluntate res miſceantur, erunt communes, ſecus ſi fortuitò.
- Si in meo ſolo ex lapidibus tuis domum feci, erit mea, ſed duplum pro tuis lapidibus vendicabis.
- Si in tuo ſolo ex meis lapidibus domum feci, erit tua, nec aliquid pro meis lapidibus conſequar, ſi ſcien[s] alienum ſolum ædificavi, ſecus ſi bona fide, tunc materiæ pretium petam.
- Si alienã plantã in meo ſolo poſui, mea erit, ſi radice[s] (egit.
- Si meã plantã in tuo ſolo poſui, tua erit, ſi radices egit.
- Quod diximus de planta, locũ & in frumento ſato habet, ſed hic recuperãtur impenſæ ſi bona fide ſatũ eſt.
- Si in tua tabula literis etiam aureis ſcribã, non deſinit eſſe tua, ſed mihi, ſi bona fide ſcripſi, ſolves impenſas.
- Si in tua tabula pinxi, mea erit, ſi illam poſſedero, ſed ſolvam impenſas.
- Si in tua tabula pinxi, tua erit, ſi illam poſſideas, ſed ſolves impenſas, ſi bona fide feci.



**Quartò, per traditionẽ res noſtræ fiunt,**

- Sive alienæ, Sive ſtipendiariæ, Sive tributariæ:
  - Modò ex juſta cauſa tradãtur. Sunt autẽ juſtæ cauſæ, ſi ex
    - Donatione, Legato, — Liberali ob causã,
    - Emptione,
    - Dote,
    - Stipulatione,
    - Permutatione,
    - Contractu innominato
  - Tradantur. A.

**A. Traditæ autem dicuntur,**

- Sive à domino, Sive ab alio domini voluntãte — Tradantur.
- Sive tibi tradam,
- Sive ex alia juſta cauſa te habere rem patiar.
- Si tradam claves mercium venditarum, in horreo reconditarum.
- Si rem pro derelicto habeam, quam alius occupavit.

**Non traditæ verò intelligũtur,**

- Si tantùm rem promiſi.
- Si venditor tradiderit, qui
  - Non recepit precium rei venditæ.
  - Non eſt ſequutus fidem emptoris.
- Si quid in mare dejeci levandæ navis cauſa, & illud fuit per alium occupatum.
- Si quid de curru ceciderit, quod ab alio fuit occupatum.

**Quintò, res noſtræ fiunt per uſucapionẽ.**

- **Uſucapio autem locũ habet,**
  - Si alienam rem mobilem ex aliqua cauſa, quam juſtam eſſe putamus, per triennium poßideamus.
  - Si alienam rem immobilem per 10. annos aliqua ex cauſa, quam putamus juſtam, poßideamus, præſentibus iis, qui domini ſunt.
  - Si alienam rem immobilem per 20. annos, abſentibus dominis, poſſederimus, ex cauſa quam putamus juſtam.
  - Si hæres rem alienam alicui ex juſto titulo traditã, uſucapiat.
  - Si partus ancillæ fructuariæ alienatus ſit.
  - Si rem alienam ab Imperatore vel fiſco ex cauſa, quam juſtã putamus, habeamus: nam per quadriennium illam uſucapimus.
  - Sufficit ab initio nos putare habere juſtã cauſa poſsidendi. Nec mala fides poſtea ſuperveniens nocet.
- **Uſucapio locũ non habet in re**
  - Sacra,
  - Religioſa,
  - Libero homine,
  - Servo fugitivo.
  - Furtivare, vel vi poſſeſſa, Sive à
    - Fure.
    - Alio, qui eas à fure habet,
    - Niſi vitium rei fuerit ablatum
  - Res autem aliena immobilis non poteſt eſſe furtiva, & ideò alienata uſucapi poteſt.
  - Res fiſci.
  - Bona vacantia, poſtquã fiſco denunciata ſunt.
  - Res, quam ego me juſto titulo poßidere falsò arbitror.



**Sextò, per donationem,**

- Sive ſit donatio cauſa mortis, & hæc revocatur, ſi is qui dedit, cõvaleſcat, vel ſe dediſſe pœniteat.
- Sive ſit donatio inter vivos, & hæc eſt irrevocabilis.
  - Sed debet confirmari à judice, ſi excedat 500. coronatos.
  - Niſi ob ingratitudinẽ.
- Sive ſit donatio propter nuptias, & hæc ante vel poſt matrimonium, vel illo cõſtante, cõſtitui aut augeri poteſt.

**Sed quia ſupra dixi, quomodo res alienari & acquiri poſſint, ſciendũ eſt,**

- Maritum non poſſe alienare dotẽ, licet mulier conſentiret.
- Creditorem alienare pignus poſſe,
  - Si hoc pactus eſt.
  - Si denunciavit debitori ſe venditurum & poſt denunciationem elapſum ſit biennium.
- Pupillum ſine tutoris autoritate nihil alienare poſſe.
- Solutionem pupillo ſine tutoris autoritate fieri non poſſe, valet tamen quatenus factus eſt locupletior.
- Pupillum ſine tutoris autoritate ſolvere non poſſe.
- Nobis acquiri
  - Per nos,
  - Per eos, quos in poteſtate habemus,
    - Filii tamẽ peculium
      - Si caſtrenſe ſit, ſibi acquirunt.
      - Si profectitium ſit, patri acquirunt.
      - Si adventitium ſit, — Acquirunt.
        - Patri quoad uſumfructum,
        - ſibi quoad proprietatem
  - Per eos, quos bona fide poßidemus. Acquiritur
    - Proprietas,
    - Poſſeßio,
    - Uſucapio.
- Qui filiũ emãcipat — acquirit.
  - Olim tertiã illius bonorũ partẽ quoad proprietatẽ,
  - Hodie dimidiã quoad uſumfructum,
- Servus acquirit domino etiã ignorãti & invito.
- Servus inſtitutus nõ poteſt adire hæreditatẽ, niſi juſſu domini.
- Servus, in quo habemus uſumfr. acquirit nobis
  - Ex re noſtra,
  - Ex operis ſuis.
  - Ex aliis rebus acquirit proprietario.
- Per liberas perſonas nobis acquiritur
  - Poſſeßio,
  - Dominium,
  - Uſucapio.
- Per procuratorem nobis etiam ignorantibus acquiritur.

- Septimò & ultimò acquiritur nobis per
  - Succeſſionẽ, quæ eſt duplex,
    - Ex teſtamento,
    - Ab inteſtato.
  - Arrogationem,
  - Addictionem bonorum libertatum conſervandarũ cauſa factam.

## De Testamentis Ordinandis.

- Teſtamentum
  - Olim fiebat
    - In pace calatis, id eſt, vocatis bis in anno comiti id eſt, populi congregatione, ut teſtis eſſet.
    - In bello, quod procinctũ dicebatur, ex eo quod pr cinctus dicitur, accinctus ad cõfligendũ parat
    - Per æs & librã, i. e. per familiæ, hoc eſt, hæredit tis emãcipationẽ, id eſt, imaginariã vendition
  - Hodie fit vel
    - in ſcriptis,
      - Sive in charta
      - Sive in tabula
      - Scribatur, ſed requiritur hoc ca ſeptem teſtium ſubſignatio.
    - Nũcupativũ, quod fit ſola nũcupatione.
    - Utrũque requirit ſeptem teſtes
      - Hi autẽ teſtes in teſtamento eſſe nõ poſſũt,
        - Mulier,
        - Impubes,
        - Servus, niſi cõmuni opinione reputetur libe
        - Furioſus, niſi cum hab dilucida intervalla
        - Mutus, qui nihil loqui poteſt.
        - Surdus, qui nihil audit.
        - Prodigus, cui bonis eſt interdictum.
        - Filiꝰ in teſtamẽto patri
      - In teſtamento tamen alieno filius & pate teſtes eſſe poſſunt.
      - Hæres in teſtamento in quo ſcriptus eſt.
      - Legatarius fideicommiſſarius — Sẽper teſtes eſſe poſſũt.



## De Testamento Militari.

- Milites teſtari poſſunt
  - Sive ſint in conflictu belli, & tunc ſolennitatẽ obſervare nõ debent, modò conſtet, quòd teſtari voluerint.
    - Et hoc tantùm etiã per annũ, poſtquã militia miſſi sũt, valet.
  - Sive ſint extra conflictum, & tunc jure communi teſtari debent.
  - Sive ante militiam teſtentur, & valet, ſi poſtquam in conflictu ſunt, duraverunt in eadem voluntate.
  - Sive ſint
    - Muti,
    - Surdi,
    - Filiifamilias.
  - Similiter & qui quaſi caſtrenſe peculium habent, & ſi filiifamilias ſint, jure cõmuni teſtari poſſũt: ut
    - Sacerdos,
    - Clericus,
    - Advocatus.

## Qvibus Non Est Permissum Facere Testamentum.

- Nõ poſſunt teſtamentum facere
  - Qui ſunt in aliena poteſtate, ſive
    - Liberi, niſi de caſtrẽſi peculio teſtentur.
    - Servi.
  - Impubes
    - Sive moriatur in pubertate,
    - Sive non moriatur in pubertate.
  - Furioſus,
    - Sive in furore,
    - Sive poſt furorem
    - Moriatur, valet tamen, ſi antequam furioſus ſit, teſtaretur.
  - Prodigus, ſed quod fecit, antequam illi bonis interdiceretur, valet.
  - Surdus, qui omninò non audit.
  - Mutus, qui nihil loquitur.
  - Cæcus utroque lumine, niſi habeat 8. teſtes.
  - Captus ab hoſtibus, ſed quod fecit ante captivitatẽ, valet.
  - De ſtatu ſuo incertus.
  - Excommunicatus.
  - Hæreticus.
  - Bannitus, licet de iſto cõmuniter doctores contra ſenſerint.

## De Exheredatione Liberorum.

Nomen,
Exhæredati: Prænomen, Cognomen, Agnomen. Aut aliquid aliud artificii nomẽ — Exprim[un]tur.

Filii poſſũt:

Exhæredari:

Nominatim, puta ſi:
- Filiũ, vel Filios — Exhæredaret, & unic[um] tantùm haberet filiu[m]
- Ex uxore natum exhæredet, & unic[us] natus ſit. (li[beri]

Inter cæteros ut ſi:
- Filios exhæredaret, & plures haberet
- Si cæteros exhæredaret, & plures fili[os] quos nõ inſtituerat, haberet. (fili[os]
- Si filiũ exhæredaret, cum plures habe[ret]

Filii in poteſtate nominatim ſunt exhæredã[di]

Filiæ olim inter cæteros exhæredari poterã[t] hodie nominatim exhæredari debent.

Poſthumi olim nominatim exhæredandi era[nt] hodie non poſſunt exhæredari.

Nepotes ex filio, vel:
- Inſtitui,
- Exhæredari nominatim

— Debent, ne ſi præter[e]antur, filio mortu[o] rumpant teſtamentũ

Filij emãcipati:
- Jure civili poterant præteriri.
- Jure prætorio nominatim debent exhæredari.

Filii adoptati:
- Durante adoptione, ab adoptante
- Soluta adoptione, à patre naturali

— Exhæredari debent.

Præteriri & hi:
- Jure civili, teſtamentum dicunt nullum,
- Jure prætorio, teſtamentũ per bonorum poſſeßionem contra tabulas rumpunt,

niſi:
- à matre,
- vel à milite ſciente.

— Prætere[an]tur, quo[d] præterit[io] pro exh[æ]redation[e] habetur.



## De Heredibus Instituendis.

Filij:
- Legitimi naturales.
- Adoptivi.
- Emancipati.

Extranei:
- Liber homo,
- Servus:
  - Proprius:
    - Sive cum libertate
    - Sive ſine libertate

    — Inſtituatur, quia per inſtitutionẽ ſit liber, niſi alienetur.
  - Alienus, qui dicitur etiam ſi in eo habemus uſumfructũ, & hic debet adire hæreditatem juſſu domini.

[I]nſtitui [p]oſſunt [h]æredes

In tot partes quot teſtator voluerit, & hæredes,
- Secundum parteis ſibi adſcriptas.
- Vel nullis partibus expreßis æqualiter.
- Si tres inſtituantur ex quartis partibus, perinde eſt ac ſi ex tribus inſtituerẽtur.
- Si quatuor inſtituantur ex tribus partibus, perinde eſt ac ſi ex quatuor partibus inſtituerentur.
- Si inſtituantur aliqui cũ partibus, reliqui ſine partibus inſtituti in id quod hæreditatis eſt reliquũ, ſuccedũt. A.

A. Reliquum aut hæreditatis ita cognoſcitur, ut ſi
- Partes minores quàm 12. exprimantur in inſtitutione, reliquum erit id, quod ſupereſt uſq; ad 12. partes.
- Partes plures ſint quàm 12. reliquum ſit uſq; ad 24. partes, in quas hæreditas erit dividenda.

Purè.

In diem incertum, puta quando erit (capax.

Sed:
- Ex certo die puta poſt paſcha,
- Ad certum diem puta uſq; ad paſcha.

— Inſtitui nõ poteſt, ſed rejecto tempore, dicitur purè inſtitutus.

Sub conditione:
- Una, quæ ſi ſit impoßibilis, rejicitur, & pura habetur inſtitutio.
- Pluribus, quæ ſi ſint:
  - Copulativæ, omnibus eſt pa(rendũ.
  - Alternativæ, ſufficit uni parere.

## De Vulgari Substitutione.

**Subſtitutio vulgaris fit,**

- Si hæres non eris, id eſt, { Si non poteris eſſe hæres, / Si non volueris eſſe hæres, } Subſtituo tibi jum.
- Uni hæredi pluribus ſubſtitutis, ſecundum par quas volet.
- Pluribus hæredibus, uno ſubſtituto.
- Uni hæredi, uno ſubſtituto.
- Pluribus hæredibus, ſubſtitutis pluribus aliis.
- Pluribus hæredibus inſtitutis, & invicem ſubſtitu & tunc ſubſtitutionum parteis ſunt ſimiles part inſtitutionum, niſi aliter teſtator expreſſerit.
- Aliquando hæredis ſubſtituto, quo caſu utriq; ſu dere poſſumus.
- Servo qui putabatur liber inſtituto, ejus ſubſtitut unà cum illo pro æquali parte ſuccedit.

DE P



## De Pupillari Substitutione.

**Pupillaris ſubſtitutio fit**

- Impuberibus in poteſtate teſtatoris exiſtentibus, { Sive inſtitutis. / Sive exhæredatis, / Sive natis, / Sive poſthumis.
- Ita { Si impubes hæres non ſit / Si impubes hæres ſit, & intra pubertatẽ decedat. } { Subſtituo / Corneliũ, } { Et hoc caſu ſi impubes } { Moriatur ante aditã hæreditatẽ, ſubſtitutus dicitur ſuccedere impuberi. / Moriatur poſt aditã hæreditatem, ſubſtitutus dicitur ſuccedere impuberi.
- Pupillaris ſubſtituẽdo impuberi, dicitur duo teſtamenta facere, { Unũ ſibi, ſi impubes decedat ante aditam hæreditatem. / Unum filio, ſi decedat poſt aditam hæreditatem. } Et ideo nõ valet pupillaris ſubſtitutio, niſi pater faciat ſibi teſtamentum validum. Poteſt tamen pater pupillarem ſubſtitutionem facere ſeparatam à ſuo teſtamento, & ſuo proprio ſigillo ſignatam.
- Pupillariter ſubſtitui poteſt { Vel ſingulis liberis, / Vel ei, qui noviſſimè impubes morietur.
- Inſtitui à patre, ſi pupillariter ſubſtituantur, pro portionibus inſtitutionum impuberi ſuccedunt.
- Filio { Emancipato, / Puberi, } Pupillariter non ſubſtituitur, ſed per fideicommiſſum.
- Subſtitutio hæc pupillaris { In filio poſt 14. annos, / In filia poſt 12. } Expirat.
- Exemplaris ſubſtitutio { Filiis / Nepotibus, } { Furioſis, / Mente captis, / Prodigis, } Donec ad ſanam mentẽ redierint.

## QVIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

- *Teſtamentum aut*
  - *Rumpitur, ſi vel*
    - *Poſthumus præteritus poſt teſtamentum factum naſcatur.*
    - *Adoptetur filius poſt teſtamentum factum.*
    - *Secundum teſtamentum perfectum fiat, tunc rumpitur primum, niſi à ſecundo confirmetur.*
    - *Secundum teſtamentum ſi ſit imperfectũ non rumpit primum.*
    - *Secundum teſtamentum ſi perfectum ſit, rumpit primum, quamvis ex illo non adeatur hæreditas.*
  - *Irritum fit*
    - *Per teſtatoris capitis diminutionem, ſed reconvaleſcit, ſi teſtator ſit ſui juris tempore mortis.*
    - *Si teſtatorem egentem hæres*
      - *Vel non enutriat.*
      - *Vel ab hoſtibus captum non redimat.*
  - *Injuſtum*
    - *Si teſtium numerus non ſit adhibitus.*
    - *Si teſtator teſtamenti non habeat factionem.*
    - *Si teſtator filium in poteſtate præterivit.*
    - *Si teſtator imperatorem litis cauſa hæredem inſtituit.*





## DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

- *Querela inofficioſi*
  - *Competit*
    - *Omnibus filiis*
      - *Sine cauſa à patre exhæredatis.*
      - *Sine cauſa à matre præteritis.*
    - *Patribus à filio, non milite, ſed emancipato exhæredatis.*
    - *Fratribus, ſororibusve conſanguineis exhæredatis, turpi perſona inſtituta.*
  - *Non competit his, quibus aliquid in teſtamento eſt relictum,*
    - *Sive legitimam habeant portionem,*
    - *Sive non habeant, ſed qui non habent, agunt ad ſupplementum legitimæ.* A

A

- *Legitima autem portio filiorum eſt*
  - *Triens, ſi ſint quatuor vel pauciores,*
  - *Si ſint plures, ſemis,*
  - *Ejus partis, quam ab inteſtato habituri erant.*

- *Legitima hæc*
  - *Olim relinqui poterat titulo*
    - *Donationis.*
    - *Legati.*
  - *Hodie titulo inſtitutionis tantùm relinqui poteſt.*

## De Heredum Qualitate et Differentia.

**Hæredes aut ſunt**

- Neceſſarij, ut ſervus proprius, & neceſſarij dicti ſunt, qui coguntur adire hæreditatem.
- Sui & neceſſarij, ut
  - Filius, filia.
  - Nepos, neptis ex filio, ſi poſt teſtatoris mortẽ in poteſtatem patris non recidant.
- Et iſti,
  - Sui dicuntur, quia domeſtici ſunt, & quodammodo in vita patris domini.
  - Neceſſarij dicuntur, quia coguntur jure civili adire hæreditatem, ſed jure prætorio poſſunt abſtinere ab hæreditate.
- Extranei, ut,
  - Filij emancipati à patre inſtituti.
  - Filij à matre inſtituti.
  - Quilibet, qui non eſt in poteſtate teſtatoris.
  - Servus inſtitutus & à teſtatore ante mortem manumiſſus.
- Iſti hæredes debent eſſe capaces adeundi hæreditatem.
  - Tempore teſtamenti & mortis, ſi ſint neceſſarij.
  - Tempore mortis, ſi ſint ſui.
  - Tempore teſtamenti mortis, & aditæ hæreditatis, ſi ſint extranei.
- Hæredes poſtquam adiverunt hæreditatem, non poſſunt
  - Abſtinere ab hæreditate,
  - Repudiare hæreditatẽ,
  - Niſi
    - Minor inſtitutꝰ adivit, & petat ſe reſtitui.
    - Grande æs alienũ in hæreditate latebat.
- Hæredes, qui adeunt inventario confecto, non tenentur ultra vires hæreditarias.
- Hæreditas
  - Aditur.
    - Nuda volũtate, qua declaramus, nos velle (eſſe hæredes.
    - Cum hæres gerit ſe pro hærede i.e. rebus hæreditarijs, tanquam hæres utitur.
  - Repudiatur ſola voluntate, qua declaramus nos nolle eſſe hæredes.
- Surdus, vel mutus poteſt adire hæreditatem, ſi intelligit quid agat.
- Teſtamenti factionem habere dicuntur,
  - Qui poſſunt hæreditatẽ adire.
  - Qui poſſunt teſtamentũ facere.



## De Legatis.

**Legatum**

- Olim 4. modis fiebat. Hodie omniũ legatorum una eſt natura, pro quib. agitur
  - Actione ex teſtamento, quæ eſt perſonalis contra hæredes.
  - Actione in rem, contra quẽlibet legata poſſidentem.
  - Actione hypothecaria, qua res teſtatoris pro legato oppigneratæ petuntur.
  - Sed una actione electa, alia extinguitur.
- de omni re factum valet,
  - Etiam ſi ſit aliena
    - Sive teſtator ſciat eſſe alienã.
    - Sive ignoret alienã, ſed legatarius conſanguineus erat.
  - Etiam ſi rem ſuam quaſi alienam leget.
  - Etiam ſi rem ſuam pigneratam leget, ſed hæredes debent pignus redimere, niſi teſtator cõtradixit.
  - Etiã ſi res ſit aliena legata, quæ legatario quæſita eſſet ex cauſa oneroſa, ſecus ſi ex cauſa lucrativa
  - Etiam ſi res, quæ non eſt in rerum natura, modò in futurum eſſe poſſit, ſecus ſi nunquam poſſit.
  - Etiam qualibet re, quæ eſt privata, ſecus ſi ſit publica vel ſacra.
  - Etiã ſi res aliena legetur, & legatarius emerit proprietatem illius, quo caſu ſi poſtea uſumfructũ ex cauſa lucrativa habeat, æſtimationem tantùm proprietatis ex legato petet.
- Legatum tamen rei meæ mihi factum, non valet, quamvis illã alienaverim, verùm ex eo quod teſtator rem legatam alienat, non dicitur revocare legatum, niſi contra probetur teſtatorem revocaſſe.
- Legato duob. conjunctim vel disjunctim facto, utriq; æqualiter debetur, vel uni altero repudiãte.
- Debitor, cui legata eſt liberatio, quemcunq; agentem repellere poteſt, vel etiam agere ut liberetur.
- Debitum meum mihi inutiliter legatur, niſi aliquam utilitatem legatarius habeat.
- Dos uxori legari poteſt, etiam ſi uxor nullam dedit, modò exprimatur certa quantitas.
- Hæres de legato non tenetur, niſi facto ſuo periit.

B

*Legata equa cum fœtu, debetur fœtus etiã equa mortua.*
*Legata domo cum inſtrumento, inſtrumenta non debentur domo extincta.*
*Grege legato quicquid accedit vel decedit, poſtea remanet legatum, quod idem eſt in peculio legato.*
*Per libertatem ſervo relictam, non intelligitur illi peculium, quod habet legatum.*
*Poſſum tibi legare actiones meas, ſed ſi debitum exegero, inutile ſit legatum.*
*Valet legatum, quo gravatur hæres reficere domum Titii.*
*Re aliqua generaliter legata eligit legatarius, niſi contra teſtator dixerit.*
*Rem generaliter legatam* — *Tam legatarius quàm ejus hæres* — *Poſſunt eligere, & ſi diſcordent plures legatarij ſi pluribus legatum factum ſit, ſorte ſit electio.*
*Illis tantùm legari poteſt, qui poſſunt inſtitui.*
*Illi qui primus conſul erit, olim legari non poterat, hodie poteſt.*
*Cognato qui primus conſul erit, & olim & hodie relinqui legatum poteſt. Poſthumo alieno, i e. ei qui cum naſcitur, ſuus non eſt, olim non legabatur, hodie ſecus.*
*Si non ſuo nomine vocetur legatarius, non vitiatur legatum, ſi de perſona conſtat.*
*Valet legatum, quo domum à Titio emptam lego, etſi ab alio emiſſem.*
*Valet legatum tibi, quia geſſiſti negotia mea factum, etjam ſi non geſſeris.*
*Servo hæredis purè legari non poteſt, ſed ſub conditione ſecus.*
*Domino ejus ſervi qui inſtitutus eſt, legari poteſt.*
*Olim ante hæredis inſtitutionem nihil legari poterat, hodie ſecus.*
*Legari poteſt poſt mortem hæredis vel legatarii.*
*Lego tibi fundum, ſi hæres meus hoc faciat, tale legatum olim non valebat, hodie valet.*

DE AD-



## De Ademptione Legatorum et Translatione.

*Adimi legata poſſunt*
- *Vel in eodem teſtamento,*
- *Vel in alio teſtamento,*
- *Vel in codicillis, teſtamẽto confirmatis,*
  - *Vel expreſſim per verba contraria,*
  - *Vel tacitè per inimicitias capitales.*
- *Vel*
  - *In totum,*
  - *Pro parte.*
- *Per translationem, ſit autẽ translatio quatuor modis:*
  - *Si pro fundo tibi legato, legem decem.*
  - *Si illud quod tibi legaveram, Titio legem.*
  - *Si quod unus hæres gravatus erat dare, alius dare gravetur.*
  - *Si quod purè legavi, legem tibi ſub conditione.*

DE LE-

## De Lege Falcidia.

Si ultra dodrantem hæreditatis legata relicta ſunt, per legem falcidiam ex legatis detrahitur quarta pars,
- Sive unus hæres inſtitutus ſit, ſive plures.
- Et ſi plures ſint inſtituti, quilibet ex ſua parte poteſt detrahere quartam,
- Quarta autem pars, ſoluto omni ære alieno, & funeris impenſa, ex eo quod ſupereſt, detrahitur.
- Et detrahitur hæc quarta ex patrimonio, quod erat tempore mortis.
- Detrahitur item hæc quarta, non ex re una, ſed ex omnib. legatis, pro modo legatorū.

## De Fideicommissariis Hæreditatibus.

Hæres ſive
- Teſtamētarius,
- Legitimus

- Gravari poteſt, ut totam hæreditatē vel partē Reſtituat,
  - Sive in ſolidū
  - Sive pro parte

  Inſtitutus ſit. Fideicommiſſum relinqui.
- Gravari poteſt purè in diē, vel ſub conditione.
- Poſt reſtitutionem non tenetur actionibus hæreditariis, niſi quatenus apud illum ex hæreditate remanſit.
- Ex ſingulis fideicommiſſis retinet quartam partem, ſi volens adivit hæreditatem.
- Coactus adire & reſtituere, nullum commodum vel incommodum ex hæreditate habet.
- Legatus reſtituere hæreditatem retenta certa re vel pecunia, quæ etiam quartam partem valeret, actionibus hæreditariis non tenetur.
- Si neget fideicommiſſum relictum, non excuſatur poſtea ſi dicat non ſolenniter relictum.
- Si neget fideicommiſſum relictum, cogitur jurare non eſſe relictum, aut ſolvet.



## De Singulis Rebus Per Fideicommissum Relictis.

- Sive totius / Sive partis — hæreditatis.
- Sive alicujus rei particularis, & hoc caſu particulare dicitur, nec refert
  - An res illa ſit
    - Teſtatoris,
    - Hæredis,
    - Legatarij,
    - Alicujus alterius fideicommiſſarij.
    - Alicujus extranei.

    Hiſque caſibus
    - Res,
    - Aut æſtimatio

    Debetur.
- Sive
  - hæres,
  - legatarius,

  Gravetur modò in plus quā ex teſtamento acceperit, nō gravetur.
- Per hæc verba
  - Peto,
  - Rogo,
  - Volo,
  - Mando,
  - Fidei tuæ committo.
- Aliquande de libertate, quæ
  - Per fideicommiſſum relicta, eſt fideicommiſſaria.
  - In teſtamento relicta, eſt directa.

DE CO-

## De Codicillis.

**Codicilli ſunt**

- *Vel teſtamento facto, in quo poſſunt confirmari*
  - *In futurum ita, quicqui[d] faciam valere volo.*
  - *In præteritũ ita, quicqui[d] feci valere volo.*
- *Vel ab inteſtato.*
- *Et in illorum confectione ſunt adhibendi quinq; teſtes.*
- *Et ſi duo vel plures codicilli fiant, omnes valent.*
- *In his verò codicillis*
  - *Neque dari*
  - *Neq; adimi*
  - → *Hæreditas poteſt, ſed b[e]ne hæres rogari, ut h[æ]reditatem reſtituat.*
- *Poteſt item in codicillis hæres nominari; de quo [in] teſtamento dictum eſt: Quem codicillis n[o]minabo, eum hæredem facio.*

# FINIS LIBRI SECUNDI.



# TABULÆ SEU INTRODUCTIONES IN LIB. III. JUSTINIANI Imperatoris Inſtitutionum civilium.

## De Hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.

**Inteſtatus**

- *Dicitur, qui*
  - *Nullum fecit teſtamentum.*
  - *Non jure fecit teſtamentum.*
  - *Cujus teſtamentum eſt ruptum aut irritum.*
  - *Cujus hæreditas teſtamentaria non eſt adita.*
- *Hujus inteſtati hæreditas pertinet ad*
  - *Suos hæredes, i. e. ad eos, qui tempore mortis teſtatoris ſunt in illius poteſtate, & proximiores: ſive naturales ſint, ſive adoptivi filii.*
  - *Sui autem ſunt*
    - *Per juſtas nuptias.*
    - *Per oblationem curiæ.*
    - *Per adoptionem.*
    - *Per ſequens matrimonium legitimati.*
  - *Nepos eſt ſuus, ſi filius tempore mortis teſtatoris non eſt in teſtatoris poteſtate.*
  - *Poſthumi ſui ſunt, ſi cum naſcerentur, in poteſtate teſtatoris eſſent.*
  - *Qui ſunt ſui hæredes*
    - *Sive ignorẽt,*
    - *Sive furioſi ſint,*
    - → *Etiam ſine tutoris autoritate efficiuntur hæredes.*
- *Suus eſt etiam filius, qui poſt patris mortem ab hoſtibus revertitur.*
- *Is cui fiſcus ſuccedit, non videtur habere ſuum hæredem.*
- *Nepotes ex uno filio, cum alio filio, vel nepotes duorum filiorum ſuccedunt in ſtirpes, non in capita.*
- *Ille dicitur proximior, qui tẽpore*
  - *Mortis,*
  - *Vel teſtamẽti deſtituti*
  - → *Eſt proximior, quamvis natus ſit poſt mortem teſtatoris, modò in illius vita ſit conceptus.*

A

A *Filius emancipatus non eſt ſuus hæres, ſed de jure præt[o]rio perinde ſuccedit, niſi tempore mortis illius eſſet [e]mancipatus ab arrogatore, ſed emancipatus poſt naturalis patris mortem neutri ſuccedit, niſi patri natura[li], deficientibus tamen omnibus ſuis & legitimis.*

- *Nepotes avi ex filio olim & hodie ſemper tanquam ſui ſuccedunt.*
- *Hodie adoptatus ab extraneo omnia naturalis patr[is] retinet jura, & etiam adoptivo ab inteſtato morien[ti] ſuccedit, ſecus ſi faceret teſtamentũ, & fuerit præterit[us].*
- *Nepotes ex filia olim poſt agnatos tantum ſuccedebant.*
- *Nepotes avi ex filia hodie avo ſuccedunt, ſed in minore portione quàm filia, ex tertia parte.*
- *Idem eſt in nepotibus ex filio vel filia aviæ.*
- *Frater avi vel aviæ olim præferebatur nepotibus avi ex filia vel nepotibus aviæ tam ex* { *Filio, quàm Filia* } *natis.*
- *Hodie hi nepotes præferuntur illi fratri in tota hæreditate.*
- *Nepotes avi ex filio ſuccedunt cum alio avi filio in ſtirpes.*
- *Nepotes*
  - *Avi ex filia,*
  - *Aviæ* { *Ex filio, Filiave* }
  - *Cum alio avi filio ſuccedunt in ſtirpes cum diminutione tertiæ partis illius portionis, quam pater illorum habuiſſet, ſi viveret.*
- *Nepotes ex* { *Uno filio, Filiave,* } *Cum nepotibus ex alio filio in ſtirpes ſuccedunt.*

DE LE-



## DE LEGIT. AGNATOR. SUCCESSIONE.

*Deficientibus hæredibus qui ſui aut pro ſuis habentur, ſuccedunt*

- *Proximiores agnati, qui ſunt*
  - *Fratres ex eodẽ patre & matre,* / *Fratres ex eodem patre,* } *Et hi conſanguinei dicuntur.*
  - *Nati ex duobus fratribus conſanguineis.*
  - *Frater* { *Conſanguineus, Adoptatus.* }
  - *Omnes tranſverſi ex linea maſculina deſcendẽtes.*
  - *Sorores conſanguineæ.*
  - *Fratris* { *Filius, Filia, Nepos, Neptis.* }
  - *Patruus.*
  - *Patrui* { *Filius, Filia, Nepos, Neptis.* }
  - *Amita.*
- *Sed olim aliter, atque hodie nam*
  - *Olim ſorores duntaxat ſuccedebant fratribus.*
  - *Amita, Filia fratris,* } *Jure prætorio, admittebantur tanquàm cognatæ duntaxat.*
  - *Hodie omnes agnati æqualiter ſuccedunt.*
  - *Nati ex ſororibus etiã uterinis, ſi alij proximiores nõ ſint, tanquam legitimi ſuccedunt,* { *Olim in capita, Hodie in ſtirpes.* }
  - *Frater defuncti, filiis alterius fratris* { *Olim præferebatur, Hodie cum illis æqualiter vocatur in ſtirpes.* }
- *Si plures ſint proximi, omnes æqualiter ſuccedunt.*
- *Proximior ab inteſtato, dicitur qui eſt* { *Tempore teſtamenti deſtituti, proximior, Tempore mortis, ſi teſtamentũ non fecit.* }
- *Si proximior agnatus repudiabit hæreditatẽ, ſequens,* { *Olim non ſuccedebat. Hodie ſuccedit.* }
- *Hodie pater emancipans liberos contracta fiducia, illis quaſi legitimis ſuccedit.*

## De Senatusconsulto Tertulliano.

- **Mater**
  - Olim
    - Lege 12. tabul.
      - Filio,
      - Filiæ,
      - Non ſuccedebat.
    - Ex SCto Tertulliano, ingenua, ſi habeat tres liberos, ſuccedebat filio defuncto ſine liberis.
  - Hodie etiam ſi ter enixa non ſit, filio ſine liberis decedenti, ſuccedit.
  - Liberi verò filii præferuntur matri ipſius filii, ſive
    - Prioris, / Ulterioris — Gradus eſſent.
    - Ex filio, / Ex filia — Nati eſſent.
  - Pater filii præfertur etiam matri, ſed non filii avus.
  - Frater item conſanguineus
    - Olim matrem excludebat.
    - Hodie æqualiter cum illa ſuccedit.
  - Sorores plures ſuccedunt cum matre, ſed omnes non plus habent quàm ſola mater.
  - Sed ſi ſint ſoror, frater & mater, defuncto æqualiter in capita ſuccedunt.
  - Mater, ſi filio tutorem intra annum non petiit, vel ſuſpectũ removeri non curavit, ab hæreditate excluditur.
  - Filio etiam vulgò quæſito, mater ſuccedit.

DE SE-



## De Senatusconsulto Orficiano.

- **Matri ab inteſtato defuncti ſuccedũt**
  - Per SConſultũ Orficianum
    - Filij, / Filiæ, — Quamvis in alterius poteſtate eſſent.
  - Per conſtitutiones
    - Nepos, / Neptis, — Deficientibus filiis.
  - Jam filii etiam vulgò quæſiti, niſi mater illuſtris eſſet.
  - Mater filio, / Filius matri, — Non obſtante minima capitis diminutione, ſuccedit.
  - Portio ab aliquibus repudiata, iis qui adiverunt pro eorum portionibus accreſcit.

## De Successione Agnatorum.

- **Succeſſio**
  - Agnatorum usq; ad decimum gradum,
  - Cognatorum usq; ad ſextum gradum,
  - Extenditur.

## De Successione Cognatorum.

- **Deficientibus**
  - Suis hæredibus,
  - Agnatis,
  - Tertio, jure prætorio ſuccedunt, cognati qui dicuntur,
    - Illi legitimi, qui capiti ſunt minuti.
    - Quamvis frater & ſoror emancipati, nõ filij eorum adhuc, ut legitimi ſuccedunt.
    - Qui per lineam fœmininam nobis junguntur.
    - Liberi adoptati.
    - Natus ex vulgo quæſito.

 DE GRA-

## De Gradibus Cognationum.

Cognatorũ tres ſunt ſpecies:

- uperior parẽtum, ut
  - Tritavus, Tritavia, In ſexto gradu,
  - Abavus, Abavia, In quarto.
  - Avus, Avia, In ſecundo.
  - Atavus, Atavia In quinto.
  - Proavus, Proavia, In tertio.
  - Pater, Mater, In primo.
- Inferior liberorũ, ut
  - Filius, Filia, In primo.
  - Pronepos, Proneptis, In tertio.
  - Atnepos, Atneptis, In quinto.
  - Nepos, Neptis, In ſecundo.
  - Abnepos, Abneptis, In quarto.
  - Trinepos, Tineptis, In ſexto.
- Trãſverſa, ut
  - Frater, Soror, In ſecundo.
  - Patruus, Amita, Avunculus, Matertera, Fratris ſororisq; filius, filia — In tertio.
  - Patruus magnus, Amita magna, Avunculus magnus, Matertera magna, Fratris, ſororisq; nepos neptis, — In quarto.
  - Propatruus, Proamita, Proavunculus, Promatertera, Fratris ſororisq; pronepos proneptis, — In quinto.
  - Abpatravus, Abamita, Abavunculus, Abmatertera, Fratris ſororisq; abnepos abneptis, — In ſexto.



## De Servili Cognatione, Succeſſione et Cognatione Libertorum.

Servis manumiſſis,

- Olim illorum liberi ſuccedere non poterant.
- Hodie verò ſuccedunt ſive
  - Ante manumiſſionem.
  - Vel poſt manumiſſionem.
  - Sive conſanguinei ſint,
  - Sive uterini.
- Liberis autem extantibus, patronus omnino excluditur.
- Teſtamento tamen facto, ſi manumiſſus minùs habeat centum aureis, poteſt præterire patronum.
- Deficientibus verò liberis, ſi patronus prætereatur, per bonorum poſſeſſionem contra tabulas poteſt conſequi tertiam partem bonorum.
- Verùm mortuo manumiſſo ab inteſtato abſq; liberis patronus in ſolidum ſuccedit.
- Succedunt item & patroni filij, & tranſverſales, uſq; ad quintum gradum.
- Poteſt tamen patronus liberis ſuis quibus voluerit, vel etiam uni, aſſignare manumiſſi ſucceſſionem.

**In ſucceſſione ingenuorũ admittuntur**

- Primò omnes, qui ſunt ex linea inferiore, excluſa
  - Superiorum,
  - Transverſorum,
  - Linea etiam ſi pro[ximiores] ximiores eſſent.
- Secundo ſuccedunt proximiores agnati, excluſis omnibus cognatis, etiam proximioribus, exceptis
  - Fratre,
  - Sorore,
  - Emancipati[s] qui ut agna[ti] ti ſuccedunt.
- Tertiò ſuccedunt proximiores cognati.
- Linea igitur inferior hodie omnes excludit.
- Deficiente autem linea inferiore, vel
  - Pater,
  - Mater,
  - Frater utrinq; conjunctus,
  - Succedunt, e[t] omnes æqualit[er] concurrant.
- Deficiente patre, & matre,
  - Avus,
  - Avia,
  - Frater utrinq; conjunctus,
  - Simul ſuccedunt.
- Deficiente
  - Patre,
  - Matre,
  - Fratre utrinq; conjuncto,
  - Hujus fratris filio,
  - Avo,
  - Avia,
  - Succedunt fratres ex altero latere conjũcti,
    - Sed uterini, in bonis maternis,
    - Conſanguinei in bonis paternis,
    - Præfer[un]tur in r[e]liquis ve[ro] rò boni[s] æqualiter ſucc[e]dunt.
- Deficientibus omnibus fratribus, filij fratrum.
  - Patruo defuncti præferuntur.
  - Et ſi ſoli ſint, ſuccedunt in capit[a]
  - Cum patruis ſuis ſuccedunt i[n] capita.
  - Cum avo defuncti, ſuccedunt in capita.
- Deficientibus omnibus ſupra ſcriptis, proximiores [in] capita ſuccedunt.





## De Bonorum Poſſeſſionibus.

**Bonorum poſſeſſiones ſunt**

- Bonorum poſſeßio contra tabulas, quæ liberis præteritis datur.
- Bonorum poſſeßio ſecundum tabulas, quæ omnibus ſcriptis hæredibus datur.
- Bonorum poſſeßio unde liberi, quæ ab inteſtato datur omnibus liberis, & parentibus.
- Bonorum poſſeßio unde agnati, ſive unde legitimi, quæ ab inteſtato liberis deficientibus, datur agnatis.
- Bonorum poſſeßio unde cognati, quæ omnibus liberis, agnatisve deficientibus, ab inteſtato datur cognatis.
- Bonorum poſſeßio unde vir & uxor, qua nullis conſanguineis relictis, maritus & uxor ſibi invicem ſuccedunt.
- Bonorum poſſeßio ex lege, quæ datur ei tantum, qui ex conſtitutionibus ſuccedere poteſt.
- Liberi autẽ & parentes ad agnoſcendam bonorum poſſeßionem habent annum utilẽ, i. e. annũ in quo ſit
  - Judicis,
  - Actoris,
  - Et defenſoris
  - Copia.
- Agnati vero & cognati, non habent niſi centum dies utiles,
- Proximiore nõ agnoſcente bonorum poſſeßionem intra tempus, cæteris proximioribus defertur bonorum poſſeſſio.
- Proximiore item repudiante, ſequens proximior ſtatim nullo expectato tempore poteſt bonorum poſſeßionem agnoſcere.

## De Acquiſitione per Arrogationem.

**Acquiſitio arrogationis**
- Olim univerſalis erat in bonis patrisfamiliæ arrogati, qui omnia arrogati acquirebat.
- Hodie uſumfructum tantum adventitiorum bonorum acquirit.
- Mortuo autem arrogato, ſi liberos habeat, illi præferuntur ipſi arrogatore.
- Sed ſi non habeat filios, fratres utrinq; conjuncti concurrunt cum arrogatore.
- Hodie tamen omnibus iſtis pater naturalis & legitimus præfertur.
- Qui ſuccedit arrogato, illius nomine tenetur creditoribus illius.

## De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.

Servus cui data eſt libertas in teſtamento, ſi nemo hæreditatem defuncti adeat, poteſt petere, ut ſibi bona addicantur, & ipſe hæres erit ſi creditoribus caveat, præferturq; fiſco: & bonorum defuncti venditionem impedit.

## De ſucceſſionibus ſublatis, &c.

Succeſſio, quæ olim fiebat per bonorum venditiones, eſt ſublata, & tantummodò creditoribus datur, ut officio judicis bona poſſideant, & de illis diſponant.

DE OB-



## De Obligationibus.

**Obligatio aut eſt**
- Civilis, ut ſi à jure civili comprobetur,
- Prætoria quã prætor invenit,

**Utraque deſcẽdit ex**
- Contractu qui fit
  - re, ut
    - Mutuum,
    - Commodatum,
    - Depoſitum,
    - Pignus,
  - verbis ut
    - Stipulatio,
    - Sive verborum obligatio.
  - Literis, ut literarum obligatio.
  - Cõſenſu, ut
    - Emptio venditio.
    - Locatio conductio,
    - Societas,
    - Mandatum.
- Quaſi contractu, ut
  - Negotiorũ geſtio, Tutelæ adminiſtratio, Hæreditatis aditio, Funeris impenſa, Rei communis diviſio, Indebiti ſolutio, Litis conteſtatio.
- Maleficio, quod eſt duplex:
  - Publicũ, ut
    - Læſa majeſtas, Parricidium, Adulterium, Falſitas, Vis publica, Vis privata, Peculatus, Ambitus, Repetundarum, De reſiduis, De annona.
  - Privatũ, ut
    - Furtum,
    - Rapina,
    - Damnum.
    - Injuria.
- Quaſi maliſicio. Quaſi malefacit autem
  - Judex imperitus,
  - Dejiciens aliquid è cœnaculo.
  - Habens aliquid appenſum.
  - Exercitor,
  - Caupo,
  - Stabularius.

QUI-

## QUIBUS MODIS RECONTRAHATUR OBLIGATIO.

Re contrahitur obligatio ex

- Mutui datione, quod conſiſtit, in
  - Vino, Oleo, Frumento, Pecuniæ numerata, Ære, Argento, Auro,
  - Et in hoc mutuo, tantundem reſtitui in eodem genere debet, per certi condictionem, etiam ſi quod mutuatum eſt casu perditum ſit.
- Indebiti ſolutione, quæ facta à
  - Sciente non repetitur,
  - Errante,
    - In facto, repetitur per condictionem indebiti.
    - In jure, & non repetitur, ſi ſolvens erat naturaliter obligatus.
- Commodato quod fit &
  - Gratuitò,
  - Ad certum uſum,
  - Et illud idem eſt, quod commodatum reſtitui debet, niſi caſu perditum ſit.
- Pignore, quod
  - Solo conſenſu obligat debitorem ob pignoratam rem.
  - Creditorem, qui pignus accepit obligat, reſtituendum illud poſtquam debitum eſt ſolutum.
  - Pignus tamen etiam leviſſima culpa perditum, reſtitui debet.
- Depoſito, quod reſtitui debet uti eſt datum, ſed ſi perditum eſſet, vel
  - Caſu fortuito, Lata culpa, Levi culpa, — Reſtitui non debet.
  - Leviſſima culpa reſtitui debet.



## DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

Stipulatio fit

- Interrogatione præcedente & reſponſione ſequente: ita, Promittis decem, promitto.
- Sipulatio ſi
  - Incerta, actionem ex ſtipulatu
  - Certa, certi condictionem,
  - Parit.
- Quibuscunq; verbis ſtipulatio fieri poteſt,
  - Græcis, Latinis, Partim Latinis, partim Græcis,
  - Modò uterq; intelligat.
- fit
  - Purè, puta Decem ſpondes, & tunc ſtatim peti poteſt.
  - In diem, puta, Quinq; ſpondes calendis, tunc nihil petitur, niſi elapſis calẽdis, licet ſtatim nata ſit obligatio.
  - Si ſtipuler quinq; quoad vivam,
    - Pro primo anno quinq; purè, Pro aliis annis ſingulis quinq; in diem.
    - Debẽtur, ſed ſi poſt mortem meam hæres petat, repellitur exceptione.
  - Sub conditione.
    - Et ante illam nihil debetur.
    - Ita
      - Si Titius conſul fiat, Si in Capitoliũ non aſcendero,
      - Quinq; promittis,
      - Et hæc æquiparatur huic, Si cum moriar, ſtipulatus eſſem.
- Si ſtipulãti quinq;
  - Si Titius fuit conſul, Si Titius eſt conſul,
  - promittis,
    - Statim es obligatus, ſi Titius Eſt vel fuit Conſul.
    - Non es obligatus, ſi Titius Nõ eſt vel nõ fuit Conſul.
- Hæc ſtipulatio, ſpondes quinq; Romæ, tacitè continet diem intra quem promiſſor ire Romam poſſit.
- Si ſtipuler decem dari, præcisè decẽ dari promiſſor cogitur.
- Si ſtipuler domum fieri, promiſſor liberatur præſtando id quod intereſt. Sed quia illud cum difficultate probatur, utile eſt adjici pœnam. Ita: Promittis domum facere, & niſi feceris, promittis mille.

DE

## De duobus reis stipulandi et promittendi.

**Correi**
- Stipulandi ſunt, ſi duo ſtipulentur dari decem, & pro- miſſor utriq; ſimul & ſemel reſpondeat.
- Debendi ſunt, duo qui uni de eadem re interrogant ſimul & ſemel reſpondent.
- Quilibet ex reis ſtipulandi, in ſolidum agere poteſt, / Quilibet ex reis debendi, in ſolidum eſt obligatus,
  - Sed una ſolutio tollit omnes obligationes.
- Hodie quilibet ex reis debendi, in ſolidum nō obligatur, niſi expreſſe actum ſit, quo caſu adhuc ſi omnes ſint
  - Præſentes / Et idonei,
    - Quilibet e- pro ſua parte convenit- dus.
- Unus ex reis debēdi pure, alius ſub conditione, / Unus ex reis debendi in uno loco, alius in alio
  - Promittere poteſt, ſe- omnes idem promittere debent.

## De Stipulatione Servorum.

**Servus ſtipulari poteſt**
- Domino, ſed illum non obligare.
- Ante aditam hæreditatem, & hæreditati acquirit, & per conſequens hæredi futuro.
- Pluribus dominis acquirit, pro dominica parte, niſi
  - Uni nominatim, / Aut alicujus domini juſſu,
    - Stipuletur
  - Aut res, quam ſtipulatur, alterius domini ſit.
- Servus cum ſtipulatur factum, ſibi tantum acquirit, puta ſi ſtipuletur, licere ire per fundum.
- Filius patri acquirit, ut ſervus domino.

DE DI-



## De Divisione Stipulationum.

**Stipulationū aliæ ſunt**
- Judiciales, quæ à judicis officio proficiſcūtur, ut cautiones
  - De dolo non adhibendo.
  - De perſequendo fugitivo ſervo.
  - De reſtituendo precio.
- Prætoriæ, quæ à prætoris officio proficiſcuntur, ut cautiones
  - De damno infecto.
  - Legatorum ſolvendorum.
  - De ædilitio edicto, i. e. de vitioſa re vendita redhibenda & reſtituendo precio.
- Conventionales, quæ partium conſenſu fiunt, & iſtæ tot penè ſunt quot genera rerum contrahendarum.
- Communes, quæ & à
  - Prætore, / Judice
    - Proficiſcuntur, ut cautio
      - Duplæ, i. e. ſi res vendita evincatur, duplū præſtabitur.
      - Rem pupilli ſalvā fore.
      - Ratam rem haberi.

DE IN-

## De Inutilibus Stipulationibus.

*Rei, quæ in rerum natura non eſt, neq; eſſe poßit, ſecus ſperetur eſſe.*

*Rei cujus commercium non habeamus, ut res* { *Sacra,* / *Religioſa,* / *Publica,* / *Liber homo,* } *Sive* { *Ante,* / *Poſt,* } *Stipulationem res fiat, vel* { *Sacra* / *Publica* }

*Si promiſi Titium daturum decem, ſecus ſi promiſi me c… raturum, ut det.*

*Si ei quem in poteſtate habemus, ſtipulemur.*

*Si mihi aut Titio ſtipuler, Nam Sejo obligatio non … quæſita, licet illi ſolvi poſſit.*

*Si mihi & Titio ſtipuler decem, nihil Titio, mihi tant… decem debentur.*

Non valet ſtipulatio, { *Si ſtipuler filio meo, nam mihi tantum acquiro.*

*Si filius ſibi ſtipuletur, nam patri tantum acquirit.*

*Si ſtipulatori aliter reſpondeatur quàm ipſe interrogav…*

*Si filius à patre ſtipuletur, vel pater à filio, aut domin… à ſervo, vel ſervus à domino.*

*Si mutus,* / *Si ſurdus omnino* / *Si furioſus,* } *Stipularetur, vel promitteret.*

*Si infans, etiam tutoris autoritate interveniente.*

*Si pupillus ſine tutoris autoritate promittat, ſecus ſi ſtip… (letur*

*Si impubes exiſtens in poteſtate promitteret.*

*Si ſub conditione impoſſibili ſtipuletur, puta, ſi cœlum t… tigero, ſecus ſi dicam, ſi cœlum non tetigero.*

*Si inter abſentes facta eſt ſtipulatio, creditur tamen in… ſtrumento dicenti eos fuiſſe præſentes, niſi contrarium probetur,* { *Olim non valebat,* } *Stipu-*

*Si poſt ſtipulatoris vel promiſſoris mortem ſtipuletur,* { *Hodie valet,* } *latio*

A



A

*Si ſtipuler hodie decem dari, ſi navis ex Aſia venerit,* / *Si ſtipuler rem meam, cum deſierit eſſe mea.* { *Antiquo jure nõ valet ſtipulatio.* / *Hodie tamen valet.*

*Si ſtipulator de una re, promiſſor de alia intelligat.*

*Si ex turpi cauſa aliquid promitteretur.* / *Si ſtipuler cum moriar, vel cum morietur promiſſor vel tertius, &* { *Olim,* / *Hodie* } *Valet ſtipulatio.*

*Ex inſtrumento continente promißionem, præſumitur interrogatio præceßiſſe.*

*Si de pluribus fiat interrogatio, reſponſio ſimplex de omnibus intelligitur, & ſi reſpondeatur de aliquibus tantùm, in illis reſponſis valet ſtipulatio.*

*Alteri non ſtipulamur, niſi addamus pœnam, ita, Promittis Titio decem, & niſi dederis, promittis mihi domum, quo caſu ſi decem non des, petam domum.*

*Valet tamen ſtipulatio, ſi ſtipuler ei dari, cui ut detur, mea intereſt.*

*Qui alium aliquid facturum promittit, non eſt obligatus, niſi pœnam promiſit.*

*Stipulatore,* / *Promiſſore* } *Ante ſtipulatam conditionem mortuo ad hæredes tranſit obligatio.*

*Qui promittit certo tempore, non poteſt conveniri, antequam totum tempus ſit elapſum.*

*Qui purè promittit, conveniri non poteſt, niſi totum ſpatium præterierit, quo traditio fieri poteſt.*

E DE FI-

## De Fideiussoribus.

**Fidejuſſor**

- Fit in omni obligatione ſive
  - Re, Verbis, Literis, Conſenſu, — Fiat obligatio.
  - Sit civilis tantùm,
  - Naturalis tantũ, ut cum pro
    - Servo,
    - Vel pupillo ſine tutoris authoritate obligato
    - — Fidejubetur
- Ante, Poſt, — Fidejubeatur.
- Et ſe, Et hæredem ſuum — Fidejubendo obligat.
- Et ſi in inſtrumento ſcriptum ſit illum fidejuſſiſſe, omni[a] videntur ſolenniter acta.
- Et ſi plures ſint fidejuſſores, in ſolidum quilibet tenetur ſed tempore litis conteſtatæ poſſunt petere: ut inter eos qui ſolvendo ſunt, dividatur æqualiter obligatio.
- Et ſi unus fidejuſſor totũ ſolvit ab aliis qui ſolvendo erunt repetit pro portionibus.
- Quod fidejuſſor ſolvit pro ſua parte, à reo principali debitore recuperat.
- Hic fidejuſſor non poteſt in plus quàm reus obligari, ſed in minus ſecus.

## De Literarum Obligationibus.

**Literarum obligatio cõtrahitur ſcriptura, vel**

- Publica,
- Privata,
- — Quoties quis rem, quæ uſu conſumitur, quam non recepit, ſe debere vel debiturum ſcribit, intra biennium tamen poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.

DE OB-



## De Obligationibus ex Conſenſu.

**Conſenſu fiunt,**

- Emptio, & venditio,
- Locatio & conductio,
- Societas,
- Mandatum
- — Quia in his contractibus ex ſolo conſenſu ſine rerum traditione oritur obligatio. Et ideo inter abſentes quoq; fiunt.

## De Emptione et Venditione.

**Emptio vel ſit**

- Solo conſenſu, quando de rei precio eſt conventum, ſive
  - Arrha data,
  - Sive non data,
  - Sive precium numeratum,
  - Sive non numeratum,
  - — Sit.
- Vel in ſcriptis, & ante quàm perfecta ſit ſcriptura, à venditione contrahentes recedere poſſunt.
  - Sed ſi ſit emptor qui recedit, perdit arrhas quas dedit.
  - Si ſit venditor qui recedit, reſtituit arrhas quas accepit, & tantundem.
- Purè, Sub conditione, In diem.
- Rei venditæ periculum, etiam ante rem traditam ad emptorem pertinet, niſi venditor rei cuſtodiam uſque dum traderet, ſuſceperit.
- Quicquid accedit rei venditæ, etiam ante traditionem, pertinet ad emptorem.
- Qui emit rem
  - Sacram, Religioſam, Publicam,
  - — Si ignorans fecit, non valet venditio, ſed ipſe emptor agit in id quod intereſt.



DE LO-

## De Locatione et Conductione.

*Locatio & Conductio fit*
- *Simul atq; res aliqua, certa mercede conducta eſt.*
- *Merces debet eſſe certa, & in pecunia numerata.*
- *Poſſunt tanti locare, quanti æſtimabit Titius, & non æſtimet, nullus erit contractus.*
- *Si tibi rem locavi, pro alia re, erit contractus innominatus.*
- *Si rem tibi perpetuò fovendam pro aliqua penſione di, emphiteuſis erit.*
- *Si dominium rei transferatur, erit emptio.*
- *Rei enim locatæ non transfertur neq; dominium, neq; poſſeſſio.*
- *Omnia pacta in locationem facta ſervari debent, ut & in emptione, & ſi quid omiſſum ſit, ex bo & æquo illud ſuppletur.*
- *Conductor re perempta caſu fortuito, vel leviſſima culpa, non tenetur, ſecus ſi ſit in levi vel lata culpa.*
- *Morte conductoris non finitur locatio, ſi adhuc temp locationis non ſit elapſum.*





## De Societate.

*cie. Vel*
- *Fit,* *De omnibus bonis, De negotiatiõe aliqua, de re aliqua particulari, Perpetuo, Ad tempus,*
  - *Et omnibus caſibus ſocij tenẽtur,* *Non de caſu, Sed de culpa,* *Lata, Vel levi.*
  - *Item ſocij æquales habent partes lucri, & damni, niſi aliter conveniant.*
- *Valet pactum, quod unus habeat duas partes,* { *Lucri, Et damni,* } *Alius verò unam.*
- *Valet item pactũ, quod* { *unus* { *Duas partes lucri, Et unam damni* }; *alter* { *Duas partes damni, Et unam lucri* } } *Habeat.*
- *Valet item pactum, quod* { *Unus pecuniam, Alter verò nihil* } *Det, & tamen commune ſit inter eos lucrũ.*
- *Valet item pactum, quod* { *Unus ſolùm damnum patiatur, Omnes verò lucrum commune habeant.* }
- *Quod ſi partes tantum lucri exprimantur, intelliguntur eſſe in damno repetitæ.*

*Solvitur autem ſocietas*
- *Per renunciationem, ſine aliqua fraude factam.*
- *Per mortem unius ſocij, etiamſi plures adhuc vivant.*
- *Per negotiationem, in qua coita erat ſocietas, finitam.*
- *Per publicationem bonorum unius ſocij.*
- *Per bonorum ceſſionem unius ſocij.*

## De Mandato.

**Mandatum ſit**
- Gratia mandantis, cùm mando, ut aliquid mea g[ra]tia facias.
- Gratia mandantis, & tua, ut cùm mando tibi [ali]quid quod utriusq; noſtrum utilitatem reſpicit.
- Gratia aliena, ut cùm mando tibi, ut Titij neg[otia] geras.
- Gratia aliena & mandantis, ut ſi mandavi tibi[, ut] mihi & Titio domum emas.
- Gratia tua & aliena, ut ſi mandavi tibi, ut Titio [pe]cunias ſub uſuris crederes.
- Gratia tua, ut ſi tibi mandavi, ut aliquid tua c[auſa] facias, ſed hoc mandatum non obligat.
- Mandatum de re turpi facienda, non eſt oblig[ato]rium.
- Mandans pro ea tantùm ſumma, quam mandato c[om]prehendit, vel etiam pro minore, ſed non pro [ma]jore obligatur.
- Mandatum re integra revocari poteſt.
- Mandatum alterutrius morte revocatur, niſi man[da]tarius ignoret mandantis mortem.
- Liberum eſt non ſuſcipere mandatum, ſed ſuſce[ptum] exequi debet, niſi quàm primum renuncietur.
- Mandatum, in diem differri & ſub conditione poteſt.
- Mandatum debet eſſe gratuitum, alias ſi pro mer[cede] ſuſcipiatur, erit locatio.





## De Obligationibus quæ quasi ex contractu naſcuntur.

**Ex quaſi cõtractu naſcuntur,**

- **Actio negot: geſtorũ**
  - Directa, quæ datur ei, cujus negotium ſine illius mandato geſtum eſt.
  - Contraria, quæ datur ei qui geſſit negotiũ, pro eo quidem impendit.
- **Actio tutelæ**
  - Directa, quæ datur pupillo finita tutela contra tutorem, de eo quod adminiſtravit.
  - Contraria, quæ datur tutori contra pupillum de eo, quod impendit.
- Communi dividundo, quæ datur inter eos, qui rem aliquam communem ſine ſocietate habent, ut
  - Res dividatur.
  - Vel impenſæ in rem factæ pro parte reſtituantur.
- Familiæ herciſcundæ, quæ datur inter hæredes, ut hæreditas dividatur, vel id quod in hæreditate factum eſt, reſtituatur.
- **Actiones** — Ex teſtamento, Rei vindicatio, Hypothecaria, — Quæ legatario pro legato conſequendo contra hæredem dantur.
- Condictio indebiti, quæ datur ad repetendũ illud, quod per errorẽ indebitè ſolutum eſt, — Hoc tamen indebitũ non repetitur, ſi — Solutũ ſit
  - Scienter,
  - Ob ſententiam,
  - Ob tranſactionem,
  - Ob juramentum,
  - Ob cauſam, quæ inficiatione creſcit,
  - Ob piam cauſam.

## Per quas perſonas nobis acquiritur.

**Acquiritur nobis**
- Per noſmetipſos.
- Per liberos, quos in poteſtate habemus, vel ex — Nobis acquirunt.
  - Adventitio peculio, quo uſumfructum tantum,
  - Profectitio, quo uſumfructũ, & proprietatẽ,
  - Caſtrenſi, quo nihil
- Per ſervos: Hi omnia nobis acquirunt.
- Per eos, quos bona fide poſſidemus, Hi non acquirunt nobis niſi ex
  - Re noſtra,
  - Vel operis ſuis.

## QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO

Obligatio tollitur

- **Solutione,**
  - Sive id quod debetur,
  - Sive res alia volente creditore,
  - Sive ab ipſo debitore,
  - Sive ab alio etiã debitore invito,
  - Sive à fidejuſſore.
  - — Solvatur.
- **Acceptilatione,**
  - Cum debitor interrogat, Acceptum fers quod debeo & creditor reſpondet, acceptum fero.
  - Hæc acceptilatio non fit niſi de verborum obligatione ſeu ſtipulatione.
  - Si obligatio ſit
    - Re,
    - Literis,
    - aut conſenſu
    - — Facta, de illa acceptilatio fieri poteſt, niſi illa in verborum obligationẽ deducatur: Ita, Quod mihi debes ex vendito, promittis per ſtipulationẽ? & debitor promittit, qui deinde ita interrogat, Quod tibi debeo acceptũne fers? & creditor reſpondet, Acceptum fero.
- **Novatione,**
  - Cum una obligatio in aliam, cauſa novandi transfertur.
  - Per ſecundam autem obligationem novatam, eſt inutilis ſit prima, tollitur.
  - Olim fiebat novatio, ſi ſecunda obligatio aliquid præter primã contineret, vel ſi alia perſona promittebat, id quod primo obligatus promiſerat.
  - Hodie verò non præſumitur novatio, niſi hoc exprimant contrahentes.
- **Contrario conſenſu,** quando obligatio facta erat conſenſu, ut
  - Emptio, venditio,
  - Locatio, conductio,
  - Societas,
  - Mandatum.
  - — Sed hoc verum eſt, quando res adhuc tradita nõ eſt, aliàs ſi res tradita fuit obligatio non tollitur, niſi res ipſa retrotradatur.

FINIS LIBRI TERTII.



# TABULÆ SEU INTRODUCTIONES IN LIBRUM QUARTUM Juſtiniani Imperatoris Inſtitutionum civilium.

## DE OBLIGATIONIBUS QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

Furtũ aut

- Manifeſtum eſt, ſi fur
  - In furto faciendo,
  - In loco, ubi furtum facit,
  - — Deprehendatur.
  - Rem furtivã viſus ſit tenere,
    - Sive in publico,
    - Sive in privato
    - — Loco.
- Non manifeſtum eſt, cum fur, poſtquam rem pertulit quò deſtinarat, deprehenditur.
- Conceptum furtum erat, quando res furtiva præſentibus teſtibus erat quæſita, & inventa.
- Oblatum furtum erat, quando quis mihi rem furtivã obtulerat, ut apud me reperiretur.
- Prohibitum furtum erat, quando rem furtivam quærere volentẽ, aliquis prohiberet.
- Non prohibitum furtum erat, cum quis rem furtivam apud ſe inventam non exhiberet.
  - — Hodie hæc quatuor genera furtorum ſunt ſublata.
- Si creditor pignore utatur.
- Si depoſitarius depoſito,
- Si commodatarius ad alium uſum, quàm acceperat commodato, contra domini voluntatem
  - — Utatur.
- Si ſervum tuum ſolicitavi, ut rem tuam ſurriperet, & ad me perferret.
- Si quis eos, quos in poteſtate habemus, ſurripiat.
- Si debitor rem quam pignoravit, ſurripiat.
- Si opem & conſilium furti faciendi dediſti, ſecus ſi conſilium tantùm.
- Si is, qui in poteſtate noſtra eſt, nobis ſurripiat, ſed hic furti non tenetur, licet furtum faciat.
- Si impubes furtum fecit, & ſit proximus pubertati intelligens ſe delinquere.

Furti actio
- Domino rei furtivæ, ſi ejus interſit rem habere,
- Ei cujus intereſt rem ſalvam fore,
- Creditori, pro pignore ſubrepto,
- Fulloni qui polienda accepit veſtimenta, | Sarcinatori, qui ſarcienda accepit veſtimenta, — Vel his non exiſtentibus ſolvendo rei domino
- Commodatario, ſi à domino ſciente, commodatum ſubreptum eſt, commodati conveniatur,
- Bonæ fidei emptori,
- Deponenti, non autem depoſitario,

Competit.

Pro furto
- Non manifeſto, in duplum, | Manifeſto, in quadruplum, — Ultra ipſam rem furtivam datur
- Pro re verò ſubrepta adverſus
- Furē, condictio furtiva, ſive rē habeat, ſive non,
- Quemlibet poſſeſſorem, rei vindicatio

Competere poteſt.

## De Vi Bonorum Raptorum.

Raptor qui rapit
- Aut rē alienā, & ſemper fur eſt, ſed ſi
  - Manifeſtus ſit, tenetur actione furti in quadruplum,
  - Non manifeſtus ſit, tenetur actione furti in duplum,
  - Et præterea tenetur hic raptor vi bonorum raptorum actione in quadruplum.
  - Sed una actione electa, alia pro eo, quod jam ſolutū eſt tollūtur.
  - Hæc actio vi bonorum raptorū — Intra annum in quadruplum | Poſt annum in ſimplum — datur
- Aut rem propriam, & tunc
  - Supra ſcriptis actionibus non tenetur.
  - Sed tantùm privatur dominio rei ſuæ.
- Sed is, qui rapit rem alienam putans ſuam illam eſſe tantundem reſtituere cogitur.
- Poſtremò ſciendum eſt, eum, qui actione furti agere poteſt, & vi bonorum raptorum actione experiri poſſe.

DE LE-



## De Lege Aquilia.

Actio Legis Aquiliæ
- Dicitur vel
  - Legis Aquiliæ actio ab ipſius Aquilij nomine, qui illam introduxit.
  - Damni injuria actio, quia non cōpetit niſi damnum detur cū injuria. — Hic autē injuria pro culpa — Lata, Levi, Leviſſima, quæ nō in negligēdo ſed in faciendo conſiſtit.
- Nō cōpetit,
  - Si is qui dānū dedit, aliquod lucrum eſt conſequutus, ſed ipſe alia actione obligatur.
  - Si vel caſu fortuito, vel ob aliquam cauſam Sempronius occidatur.
- Competit in eum,
  - Qui tranſeuntem telo occidit, dum ſe alibi quàm in loco conſueto exerceret.
  - Qui ex arbore dejecto ramo tranſeuntem per viam publicam occidit, ſi non proclamabat.
  - Qui ſervū, quem ſecuerat, curationem reliquit, & ita eſt mortuus.
  - Qui aliquem malè curavit, ob idq; eſt mortuus.
  - Qui propter impetum, vel imperitiam mulas retinere non potuit.
- Datur
  - Pro corpore occiſo
    - Et ſi homo ſit etiam criminaliter, lege Cornelia agi poteſt.
    - Si ſit aliud animal, quanti — Plurimi fuit in eo anno quo occiſum eſt.
  - Pro omni damno, quod in re aliqua datum eſt, quanti plurimi res fuit à triginta diebus.
    - Mea intereſt pro omni damno quod cauſa occiſi corporis contigit.
- Eſt
  - Directa, cùm quis corpore ſuo in aliud corpus damnum dedit.
  - Utilis, ſi quis aliter quàm ſuo corpore aliquod corpus læſit, — Quòd ſi dānū datū eſt aliter quàm dicitur corpore in corpus, actione in facto

## De Iniuriis.

**Injuria fit**

- Re, i. e. facto, ut ſi quis vel
  - In me manum infert,
  - Bona mea ſciens me nihil debere poſſidet.
- Verbis, ut cùm quis convicium aliquod mihi dicit.
- Scriptura, cùm quis aliquid in mei infamiam ſcribit.
- Conſilio, ut cùm quis procuravit, ut injuria afficerer.
- Vel
  - Directo, ut cum nos ipſi injuria afficimur, quo caſu agimus in eum, qui fecit injuriam
    - Sive ſciat, / Sive ignoret — Conditionem noſtrâ.
  - Per conſequentiam, ut ſi
    - Liberi noſtri, / Servi proprij vel cõmunes, / Uxor vel ſponſa, / Nurus vel ſocrus,
    - Injuria afficiantur, ſed pro his agimus,
    - Non contra ignorantem, / Sed contra ſcientem, — Conditionem noſtrâ.
- Et pro ea agitur,
  - Et criminaliter, / Et civiliter,
  - Sed una actione electa, alia tollitur, utraq; verò extinguitur,
    - Diſſimulationem. / Anni lapſum.
  - Et hoc caſu agitur ad intereſſe quod æſtimatur ex qualitate per
    - Perſonæ, / Vulneris, / Loci, / Temporis, / Facti.

DE OB-



## De Obligationibus Quæ Ex Quasi Delicto Nascuntur.

**Ex quaſi maleficio obligatur**

- Judex, per imprudentiam malè judicans, & tenetur quatenus ex bono & æqo viſum fuerit.
- Filius, / Pater,
  - Ex cujus cœnaculo
    - Proprio, / Conducto,
    - aliquid eſt
      - Dejectũ, / Effuſum,
      - Et hoc caſu agitur in duplum,
      - Sive dominus, / Sive ſervus — Dejecit.
- Is, qui ea parte, qua vulgò iter fieri ſolet, aliquid appenſum habet, quod nocere poteſt: & tenetur pœna decem aureorum.
- Sed ſi hoc appenſum ceciderit, perinde tenetur ac ille, qui aliquid dejecit, vel effudit ex
  - Dejecto, / Vel effuſo,
  - Si homo læſus ſit, habenda eſt
    - Expenſarum, / Et operarum quibus caruit, — Æſtimatio.
- Si verò filius ſeorſum à patre habitans teneatur pro effuſo, pater illius nomine conveniri non poteſt,
- Exercitor navis pro facto hominum, quos in navi habet, / Caupo ex facto hominum, quos in caupona habet, / Stabularius ex facto hominum, quos in ſtabulo habet,
  - In duplum obligantur.

DE

## De Actionibus.

Actionũ omnium aliæ sũt

- In rem, quæ ſunt decem,
  - Rei vindicatio, quæ datur domino rem ſuam ab eo,
    - Qui poſſidet,
    - Vel dolo deſiit poſſidere,
    - — Vindi… canti…
  - Publiciana, quæ datur contra poſſeſſorem non dominum, ei qui in re aliena titulum vel
    - Emptionis,
    - Donationis,
    - Legati,
    - — Hab…
  - Confeſſoria, quæ datur ei, qui aliquam ſervi… tutem ſibi debitam eſſe aſſerit.
  - Negatoria, quæ datur ei, qui negat ſe ſervi… tutem debere.
  - Serviana, quæ datur locatori, in rebus colo… tacitè pro mercede obligatis.
  - Quaſi Serviana, quæ datur creditori, pign… ſuum perſequenti.
  - Reſciſſoria, quæ datur ei, cujus res propter ne… ceſſariam abſentiam eſt uſucapta.
  - Præjudicialis, per quam petimus, aut ut partus agnoſcatur, aut ut aliquis, vel
    - Liber,
    - Libertus,
    - — Decl… retur
  - Utilis in rem, quæ datur ſuperficiario, qua… do à poſſeſſione cecidit.
  - Petitio hæreditatis, quæ datur hæredi res h… reditarias generaliter petenti.
  - Et in rem dicuntur, quia non ratione alicujus obligationis, ſed ob rem per alium detentam competunt, & propriè petitiones dicuntur.
- A





A

- In perſonam, quæ quinque modis oriuntur,
  - Ex contractu, qui ſunt
    - Nominati decem, ut
      - Mutuum,
      - Commodatũ,
      - Depoſitum,
      - Pignus,
      - Stipulatio,
      - Literarũ obligatio,
      - Emptio,
      - Locatio,
      - Societas,
      - Mandatum,
      - — Pro his actiones ex cõtractu deſcẽdũt.
    - Innominati, qui ſunt infiniti, pro quibꝫ agitur actione,
      - Præſcriptis verbis,
      - Vel in factum.
  - Quaſi contractu, ut actiones
    - Tutelæ.
    - Negotiorum geſtorum.
    - Funeraria.
    - Ex teſtamento.
    - Condictio indebiti.
  - Maleficio, ut actiones
    - Furti.
    - Vi bonorum raptorum,
    - Legis Aquiliæ.
    - Injuriarum.
    - De dolo.
    - In factum.
  - Quaſi maleficio, ut actio in factum ex quaſi maleficio deſcendens.
  - Ex variis cauſarũ figuris, ut cum
    - Lex,
    - Vel prætor,
    - — Ob aliquã juſtam cauſam actionem concedit.
- In perſonam autem dicuntur, quod non ratione rei ſed obligationis cum aliqua perſona contractæ competant, & iſtæ propriè actiones dicuntur,

*Item Actionum omnium aliæ sũt*

- *Tam in rem, quã in perſonam, ut*
  - *Familiæ herciſcundæ, quæ datur inte hæredes ratione hæreditatis dividend*
  - *Communi dividendo, quæ datur ſoc ratione alicujus communitatis.*
  - *Finium regundorum, quæ datur, quan agrorum fines ſunt turbati.*
- *Civiles, ut hæ, quæ ex legibus, Senatusconſultis, vel co ſtitutionibus proveniunt, & iſtæ ſunt directæ.*
- *Prætoriæ, quæ à prætore dantur, & iſtæ appellan utiles.*
- *Rei perſequendi, quæ gratia, & rei perſequendæ, contractus dantur: & hæ regulariter triginta a nis durant.*
- *Pœnales, quæ ratione maleficiorum competunt, & hæ*
  - *Si prætoriæ ſint, finiunt plerumq; anno.*
  - *Si civiles, durant per t ginta annos.*
- *Rei perſecutoriæ in ſimplum, videlicet pro re ipſa r tantùm competunt.*
- *Pœnales aliquando in Duplum, Triplum, Quadruplum, Nomine pœ competun*
- *Sunt & mixtæ tam rei perſecutoriæ quàm pœnales.*
- *Sunt & quæ in ſolidum competunt, aliæ quatenus re facere poteſt.*
- *Sunt & perpetuæ, quæ dicuntur illæ, quæ durant triginta annos.*
- *Temporales verò ſunt, quæ breviore tempore finiuntur, aliquando*
  - *Anno.*
  - *Duobꝰ an*
  - *Sex menſib*

B Bon



- *Bonæ fidei, quæ ex æquo & bono interpretationem recipiunt.*
- *Stricti juris, quæ ſecundum ea, quæ expreſſa ſunt, interpretantur.*
- *Arbitrariæ, quæ à judicis arbitrio ſeu juſſu pendent.*
- *Ordinariæ, quæ ſecundum jus ordinarium intentari ſolent.*
- *Extraordinariæ, quæ contra regulas juris communis dantur.*
- *Directæ, quæ principaliter ratione obligationis expreſſæ competunt.*
- *Contrariæ, quæ in conſequentiam obligationis tacitè veniunt.*
- *Interrogatoriæ, quæ ab interrogatione judicis, qui reum in judicio interrogat, moderantur.*
- *Noxales, quæ ob ſervi noxam contra dominum dantur.*
- *De peculio, Quod juſſu, De in rem verſo, Tributoria, Exercitoria, Inſtitoria,* — *Sed iſtæ non ſunt actiones, ſed qualitates, quæ ſecundum id quod eſt in peculio, vel quod eſt juſſum, vel in rem verſum aliis actionibus adjiciuntur.*

F QUOD

## Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.

- *Ex cõtractu filij*
  - *Ipſe filius in ſolidũ obligatur præterquã ex*
    - *Voto,*
    - *Mutuo, quod mutuum ſi creditor*
      - *Petat, exceptione Sen tusconſulti Macedon ani, repellitur.*
      - *Illud ſibi ſolutum ſit, rep ti non poteſt.*
  - *Pater tenetur vel*
    - *De peculio, quatenus eſt peculium, quod ipſe fil ſuo dedit.*
    - *Aut ſi filius eſt impubes, vel deliquit, aut juſſ quatenus locupletius eſt factum peculium.*
    - *De in rem verſo pro eo, quod ex filij contractu rem patris eſt verſum.*
    - *Quod juſſu, ſi pater*
      - *Juſſit,*
      - *Mandavit,*
      - *Ratum habuit,*
      - *Quod filius cõtrahat tunc in ſolidũ tenetu*
    - *Exercitoria, ſi pater exercitor fuerit. in cujuſpia navis quotidianum quæſtum habeat.*
    - *Nam ſi illi navi præpoſuit filium, de eo quod ej nomine cum filio erit geſtum, pater in ſolidu tenetur.*
    - *Inſtitoria, quæ paternis mercibus contra patre datur, quoties filium alicui negotiationi pr pter quæſtum duntaxat præpoſuit.*
    - *Tributoria, quando pater ſciens paſſus fuit filiu de peculio negotiari, & datur de his tantu mercibus & rebus peculiaribus, quibus neg tiatur.*





## De Noxalibus Actionibus.

- *Ex facto ſervi*
  - *Si ſit contractus, dominus his actionibus tenetur, quibus pater de contractu filij tenetur.*
  - *Si ſit delictũ, dominus actione pœnali tenetur,*
    - *Vel ut damnum pro ſervi delicto datum reſarciat.*
    - *Vel ut ſervum pro noxa dedat.*
    - *Quæ actio*
      - *Contra dominum datur qui ſervum poſſidet,*
        - *Sive ante delictum erat dominus,*
        - *Sive poſt.*
      - *Inter dominum & ſervum ceſſat, quia inter eos nulla oritur obligatio,*
        - *Sive erat dominus ante delictum commiſſum.*
        - *Sive poſt.*
      - *Olim pro delicto filij contra patrem dabatur.*
      - *Hodie non datur.*

## SI QVADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

- **Actio de pauperie**
  - **Datur**
    - Pro damno ſine injuria facientis dato, ut ſi animal
      - Laſcivia,
      - Fervore,
      - Feritate,
      - → Pauperiem fe cerit contr ſuam natur
    - Contra dominū animalis, ut
      - Damnum ab animali datu reſarciat.
      - Vel animal pro noxa dedat.
    - Pro damno dato ab animali, quod dominus ibi habebat, quà vulgò iter fieri ſolebat. *
  - * Quo caſu agitur, &
    - Actione de pauperie,
    - Ædilitio edicto,
      - Vel quatenus judex æſtimabit, ſi homo,
      - Vel in duplū, ſi res alia
      - → Læd tur.
  - Ceſſat, ſi animal ſua natura ferox à domino aufugerit, ita damnum dedit.





## DE IIS PER QVOS AGERE POSSUMUS.

- **Agimus**
  - Aut proprio nomine, quando cauſam noſtram
    - Agimus,
    - Defendimus.
  - Alieno nomine, ut
    - Tutor nomine pupilli,
    - Curator nomine adulti,
    - Procurator nomine domini
    - → Agat vel defendat.
- **Procurator autē**
  - Conſtitui poteſt
    - Etiam adverſario invito, & tàm generaliter quàm ſpecialiter.
    - Debet tamen ſpeciale mandatum hærede,
      - In interdicto de liberis exhibendis.
      - In cauſa ſuſpecti tutoris.
      - In petenda reſtitutione in integrum,
      - In petendo filiæ marito.
      - In conveniendo procuratore.
  - Conſtitui nō poteſt
    - Miles, Fœmina, Minor, → Niſi in cauſa
      - Propria.
      - Conſanguineorum.
      - Et in cauſa in qua lis eſt conteſtata.
    - Furioſus.
    - Mutus.
    - De crimine capitali accuſatus.

## De Satisdationibus.

**Triplex eſt cautio:**

- Repromiſſio, quādo nos ipſos ſub hypotheca rerum noſtrarū obligamus, vel per
  - Simplicem promiſſionem.
  - Promiſſionem juramento confirmatam.
- Satiſdatio, quæ fit fidejuſſoribus datis, & hāc non præſtāt
  - Divites,
  - Idoneæ perſonæ niſi cū rē alienam defendunt.
    - Quo caſu adhuc non ſatiſdant
      - Tutor q[ui] pupilli defēdi[t]
      - Procurator, qu[i] domin[o] ſatis d[e]dit.
- Satiſdatio, quæ dicitur vel
  - Pignoribus datis.
  - Cum creditori volenti ſatisfit.
- Quæ præſtatur
  - Vel extra judiciū,
  - Vel in judicio
    - Poſſeſſor vel
      - Suo nomine,
      - Alieno,
      - Cōventus ſatiſdabat judicato ſolvendo, ſi condemnaretur.
    - Olim
      - Actor ſuo nomine agens non ſati[s]dabat.
      - Procurator ſatiſdabat dominum rem ratam habiturum.
      - Conventus ex obligatione ſuo nom[ine] ne ſe defendens non ſatiſdabat.
    - Hodie
      - Nullus reus
        - De judicato ſolvēdo ſatiſd[at]
        - De judicio ſiſtēdo vel
          - Repromittit,
          - Satiſdat
          - Pro qu[a]litate ſ[ue] perſon[æ]
      - Procurator ſatiſdat dominū rem ratam habiturum,
        - Niſi mandatū a[ctis] inſinuatū haber[et]
        - Niſi dominus pr[o]curatorem ſuū co[n]firmaret. *
      - Alienus defenſor cavet de judi[cato] ſolvendo.

* A domino autē procurator cōfirmari poteſt
- In judicio,
- Extra judicium.
  - Præſtita
    - Cautione de judicato ſolvēdo, q[uæ] rerū ſuarū hypothecā contine[t]
    - Satiſdatione quòd ipſe ſentē[ntiæ] tempore aderit.

D



## De Perpetuis et Temporalibus Actionibus, &c.

**Actiones**

- Civiles ſive
  - In rem,
  - In perſonam,
  - Perpetuæ olim erant, Hodie
    - Perſonales præſcribūtur triginta annis.
    - Reales proſcribuntur
      - Triennio, ſi pro re mobili,
      - Vicennio, inter abſentes pro re immobili,
      - Decennio, inter præſentes pro re immobili.
- Prætoriæ,
  - Si ſint rei perſecutoriæ eo modo præſcribuntur quo civiles.
  - Si ſint pœnales excepta actione furti, quæ eſt perpetua, finiuntur anno.

**Hæ autē actiones pœnales**

- Contra hæredes non competunt,
  - Niſi lis adverſus defunctum fuerat conteſtata.
  - Niſi quatenus fuerunt locupletiores.
- Hæredibus dantur, niſi ſit actio,
  - Injuriarum.
  - In factū, quæ in eum datur, qui ſine venia in jus vocat.
  - In factum, quæ datur in eum, qui aliquid appenſum habet.
  - In factum de calumniatoribus.

## De Exceptionibus.

- **Exceptio**
  - Actionē excludit, ut ſi
    - Dolo me tibi obligaſti, te agentem doli exceptione,
    - Metu me tibi obligaſti, te agentem, quòd metus cauſa exceptione,
    - Errore me tibi obligaſti, te agentem in factum exceptione,
    - Spe futuræ numerationis ſim obligatus, ſi non numeraſti, exceptione non numeratæ pecuniæ,
    - Pactum de non petendo feciſti, te agentem exceptione pacti,
    - Juravi, te juramentum deferente, nihil me debere, exceptione jurisjurandi,
    - Si fui per ſententiam liberatus, te iterum agentem exceptione rei judicatæ,
  - Eſt autē
    - Perpetua ſive peremptoria, quæ rem de qua agitur, ſemper perimit, ut exceptio
      - Doli,
      - Metus,
      - Non numeratæ pecu- niæ,
      - Jurisjurandi,
      - Rei judicatæ,
      - Pacti.
    - Tēporalis ſive dilatoria, tantū actionem differt, ut exceptio
      - Pacti facti ne peteretur ante certum tempus.
      - Taciti tēporis quod ex natura obligationis ineſt.
      - Procuratoris inhabilis,
      - Judicis incōpetentis.
      - His caſibus, qui ante tēpus
        - Olim agebat, cau- tota cad- bat.
        - Hodie ſi agi- reo dupl- tempus da- tur.

DE RE-



## De Replicationibus.

- Actio per exceptionem,
- Exceptio per replicationem,
- Replicatio per duplicationem.
- Duplicatio per triplicationem,
- Triplicatio per quadruplicationem

Excluditur, ſed exceptio, quæ reo competit, prodeſt ejus fidejuſſori, niſi ſit exceptio, quod reus vel

- Bonis ceſſit.
- Minor.
- Beneficium habet, ne in plus quàm poſſit, conveniatur.

 DE IN-

## De Interdictis.

Interdicta ratione poſſeſſoris cōpetere ſolēt, & ſūt aut

- Prohibitoria, cum prætor vetat aliquid fieri ut interdictum,
  - Ne vis fiat juſtè poßidenti,
  - Ne vis fiat ei, qui jus inferendi mo tuum habet.
  - Ne in loco ſacro ædificium fiat.
  - Ne in flumine publico aut ripa qu fiat quo pejus navigetur.
- Reſtitutoria, cum prætor jubet aliquid reſtitui, ut
  - Bonorum poſſeßionem ei, qui jure prætorio ſuccedere p teſt,
  - Rei poſſeßionem ei, qui de illa dejectus.
- Exhibitoria, cum prætor jubet aliquid exhiberi, ut
  - Eum de cujus libertate gitur,
  - Eum de cujus operis gitur.
- Poſſeßionis adipiſcendæ, ut interdicta,
  - Quorum bonorum, quod datur bonorum poſſeſſori in eum qui poßidet
    - Pro hærede, i. putans ſe hære dem.
    - Pro poſſeſſore, i. putans ſe poſſe ſorem.
  - Quorum legatorum, quod datur hære contra legatarium, qui ſua autorita legatum occupavit.
  - Salvianum, quod datur domino fundi d rebus coloni, quas is pro mercedibus fu di pignori futuras pepigiſſet.

B

Poſſeſ-



B

- Poſſeſſionis retinēdæ, ut interdicta,
  - Uti poßidetis quod pro re immobili,
  - Utrubi, quod pro re mobili
  - datur
    - Et iſta duplicia ſunt, quia non apparet in illis, quis actor ſit, & quis reus, cum uterq; aſſirmet ſe poſſeſſorem.
    - Reliqua ſunt ſimplicia.
    - Et qui dicit ſe rei quidē poſſeſſorem eſſe ſed à quodā turbari,
      - Quo caſu qui tēpore litis conteſtata, juſtus erit poſſeſſor ob tinebit, ſive
        - Corpore
        - Animo,
        - Per ſe,
        - Per aliū
        - Poßideat.
- Recuperandæ poſſeſſionis, ut interdictū unde vi, quod datur ei qui dejectus eſt, contra eum qui dejecit, qui præter hoc tenetur,
  - Conditione legis, qua
    - Si erat rei dominus, privatur dominio ſuo,
    - Si res erat aliena, duplū reſtituere cogitur.
  - Lege Julia de vi publica, ſi cum armis vim fecit.
  - Lege Julia de vi privata ſi ſine armis vim fecit.

DE

## De Pœna Temere Litigantium.

**Ne quis temerè litiget**

- Reus debet jurare ſe juſtam contradicendi cauſam habere.
- Actor de calumnia, quòd non calumniatur, jurare debet.
- Rei item & advocati idem juramentum præſtare debent.
- Improbus litigator damnum & litis expenſas adverſario præſtare compellitur.
- Reus item aliquando in duplum, aliquando in triplum, aliquando in quadruplum condemnatur.
- Reus item infamia notatur, ſi ſit damnatus ex cauſa
  - Furti,
  - Vi bonorum raptorum,
  - Injuriarum,
  - Doli,
  - Tutelæ,
  - Mandati,
  - Depoſiti,
  - Pro ſocio.
- Actor quoq; qui reverentiam reo debet,
  - Ut filius patri,
  - Ut libertus patrono
  - Punitur, ſi ſine venia reum in jus vocet.

DE OF-



## De Officio Judicis.

**Judex**

- Aliter judicare non debet, quàm quòd vel
  - Jure,
  - Conſuetudine
  - Eſt receptum.
- In noxali cauſa reum damnare debet, ut dominus ſervum pro noxa dedat vel damnum reſarciat.
- In actione in rem, poſſeſſorem
  - Juſtum abſolvere debet.
  - Injuſtum condemnare debet, ut rem cum fructibus reſtituat.
- Condemnato dilationem juſtè petenti dare debet præſtita cautione de litis æſtimatione ſolvenda.
- Malæ fidei poſſeſſorem de fructibus tam perceptis, quàm percipiendis condemnare debet.
- Bonæfidei poſſeſſorem de his fructibus quos conſumpſit, vel non percepit, damnare debet.
- In actione ad exhibendum debet reum condemuare, ut eo modo exhibeat, quo actori ſalva maneat actio.
- Reus ad exhibendum conventus,
  - Poſt moram tenetur de fructibus,
  - Et ſi rem non reſtituat, tenetur ad id quod exhibuiſſe intereſt.

A

Inju-

A

- In Judicio familiæ herciſcundæ
  - Singulis hæredibus ſingulas res adju[dicare] debet.
  - Rē tamen uni adjudicare, alteri æſti[ma]tionem ex cauſa poteſt.
  - Hæredem item qui fructus percepit pro ta portione ad reſtituendum damn[are] poteſt.
- In communi dividundo
  - Singulis ſingulas partes adju[di]care debet.
  - Ex cauſa tamen, uni major[em] partem, alteri minorem cu[m] pecunia adjudicare poteſt.
  - Ex cauſa item uni totam rem, alteri æſtimationem rei a[d]judicare poteſt.
  - Poteſt ex cauſa aliquid agro unius, vicino adjud[i]care modò vicinus ille a[li]quam pecuniam præſta[re] vicisſim compellatur.
- In finium regundorū judicio
  - Condemnat eum qui cir[ca] fines aliquid vitioſe com[]miſit.
  - Condemnat eum, qui n[on] patitur agros metiri pr[o]ut judex juſſit.

DE PU-



## De Publicis Judiciis.

Dicuntur aute[m] publica judicia, quia illorum accuſatio cuilibet ex populo competit. Publica judicia ſunt 12.

Sunt autē vel
- Capitalia, ſi ultimi ſup. pœnam contineant.
- Non capitalia ſi infamiā cum damno pecuniario importent.

- Lex Julia majeſtatis cōtra eum qui aliquid in
  - Principem,
  - Rempublicam
  - Molitus eſt, cujus pœna eſt mors.
- Lex Julia de adulteris quâ puniuntur
  - Adulteri,
  - Qui cum maſculis coeunt,
    - Ultimo ſupplicio.
  - Stupratores,
    - Publicatione tertiæ partis bonorum, ſi honeſtæ ſint perſonæ.
    - Coercitione corporis cū relegatione, ſi ſint humiles.
- Lex Cornelia de Sicariis, quâ
  - Homicidæ,
  - Venefici,
  - Hi qui cū telo accidendi cauſa ambulant.
  - Ultimo ſupplicio puniuntur.
- Lex Pompeia de parricidiis, quâ inſutus culeo cū
  - Cane,
  - Gallo,
  - Vipera,
  - Simia,
  - In proximū mare vel flumē projicitur is qui occidit
    - Parentes,
    - Liberos,
    - Fratres,
    - Cōſobrinos,
    - Uxorem,
    - Nurum,
    - Generum,
    - Vitricum,
    - Privignum,
    - Socerum.
- Lex Cornelia de falſis, quâ quis inſtrumentum falſum
  - Scripſerit,
  - Signaverit,
  - Recitaverit,
  - Subjecerit,
  - Signū adulterinū fecerit,
  - Sculpſerit ſignū falſum,
  - Expreſſerit ſignum adulterinum,
  - Punitur
    - Ultimo ſupplicio, ſi ſit ſervus.
    - Vel deportatione, ſi ſit liber.

C

- *Lex Julia de vi*
  - *Privata, qua puniuntur, qui vim ſine armis fe-runt, in tertiam partem bonorum.*
  - *Publica, qua puniuntur, qui vim cum armis fecerunt,*
    - *Vel deportatione pro q- libet vi armata.*
    - *Vel ult. ſuppl. pro raptu*
      - *Virgini-*
      - *aut vidu-*
- *Lex Julia peculatq; quæ punit eos qui,*
  - *Pecuniam, publicã,*
  - *Rem ſacram,*
  - *Rem religioſam,*
  - *Furati sũt,*
    - *Si ſint judices capitis pœna,*
    - *Si ſint hi qui conſilium judici dederunt ea pœna,*
      - *Pu- un- tur*
    - *(ne Si ſint alij, deportatio-*
- *Lex Fabia de plagiariis, qu apunitur qui alienum*
  - *Servum,*
  - *vel filium*
    - *Ita diſtraxit, ut re- haberi nõ poſſit,*
      - *Si ſit nobilis in m- tallũ damnat-*
      - *Si ſit ignobilis g- dio punitur.*
- *Lex Julia de ambitu, qua punitur in centum aureis, qui*
  - *Clam pro magiſtratu conſequ- do pecuniam dedit,*
  - *Domum judicis de criminali ca- ſa cognoſcentis ingreditur*
- *Lex Julia repetundarum, qua in quadruplum judex p- nitur, qui ob pecuniam aliquid fecit vel omiſit.*
- *Lex Julia de annona, qua 20. aureis punitur, qui ann- nam cariorem fecit.*
- *Lex Julia de reſiduis, qua punitur*
  - *In ſimplum,*
  - *Et in tertia parte ſimpli,*
    - *Ille, qui illud quod ſ- pererat ex adminiſt- tione publica, in pr- priũ uſum convertit.*

**Tab. ſeu introduct. in 4. lib. Inſtit. Civil. Imper.**

**FINIS.**



# TABULÆ OCTO, OSTENDENTES QVO ORdine legenda & cognoſcenda ſit ſeries Hiſtoriarum Mundi.

## TABULA I.

- *Hiſtoriæ ſunt, aut*
  - *Univerſales, quæ complectuntur res Eccleſiæ & Monarchiarum: Sunt ergò aut*
    - *Eccleſiaſticæ, quæ præcipuè tractant res Eccleſiaſticas: etſi Monarchiarum & regnorum negotia miſcent, quod fieri neceſſe eſt, cùm Eccleſia non poſſit eſſe ſine Politiis, & interdum ab Imperiis defendatur, interdum & quidem ſæpius prematur. Eſt autem hiſtoria Eccleſiæ prima & antiquiſſima: quæ faciliùs comprehenditur diſtinctis temporibus. Diſtinctionem temporum tradit tabella 2. Lit. A.*
    - *Politicæ, quæ imperiorum initia, Conſtitutiones, gubernationes & mutationes exponunt. Sunt autem ex prædictionibus Danielis Monarchiæ quatuor: de quibus tractat tabella 3. Lit. B.*
  - *Particulares, quæ particularia recitant diverſorum Regnorum & Rerumpubl. Hujuſmodi Regna & Reſpubl. floruere aut tempore Monarchiæ*
    - *Primæ: de quibus vide tab. 4. Lit. C.*
    - *Secundæ: de quibus agit tabella 5. lit: D.*
    - *Tertiæ: quæ recenſet tabella 6. Lit. E.*
    - *Quartæ: quibus occupatur tabella 7. Lit. F.*

Temporũ Eccleſiæ cõmodiſſima diſtinctio ſumitur ex notiſſimo dicto domꝰ Heliæ, quo diſtinguuntur in

- Primum, à mundo condito, uſq; ad datam Abrahæ circumciſionem & promiſſionem, quod eſt annorum 2000. & paulò pluriũ. Niſi numeres ad Abrahæ evocationẽ ex Haram; quod brevius eſt. Nec opus eſt tam exactè momenta conſtitui. Alligata autem fuit poſt Abrahamum Eccleſiæ ſedes ad certam gentem, ſcilicet poſteritatem Abrahæ.
  - Hujus temp[o]ris Hiſtor[ia] deſcripta [à] Moyſe i[n] Geneſi.

- Secundum, à termino Primi, usque ad Chriſtũnatũ. Hoc rurſus duos ferè millenarios explet. Poſſunt addi anni uſq; ad reſurrectionem & Aſcenſionem Jeſu Chriſti. (vide inf. ſub hoc ſigno *) Hoc tẽpus diſtinguitur quadrifariã, ferè annis 500 in unam periodum connumeratis.
  - A migratione Abrahæ ex Haran, uſq; ad exitum ex Ægypto, & datam legem.
  - A data lege, uſq; ad initiũ Regni, quo tẽpore rexerunt populũ Judices.
  - Ab initio Regni uſq; ad captivitatẽ Babylonicã, & reditũ ex captivitate, quo cum tempus Prophetarum coincidit.
  - A reditu ex captivitate uſq; ad Chriſtum.
  - Hiſtoria Eccleſiæ horũ tẽporũ cognoſcatur
    - Ex Moiſe.
    - Ex libris Joſu[e], Judi[cum].
    - Ex libris Regu[m], Chron[i]corũ, Eſter. Eſdr[æ], Nehe[]miæ, Ioſeph[i].
    - Ex libris Macc[a]bæor[um], Ioſeph[i]. His a[d]dãt[ur] Philo, Egeſip[]pus.

* Hoc tempore certa fuit Eccleſiæ ſedes in populo D[ei] i. e. ſemper in eo aliqui fuerunt pij, qui fuerunt vera [&] viva membra Eccleſiæ, etſi magna multitudo ſæpè & Reg[es] maximè ac Põtifices diſceſſerũt à verbo, & facti ſũt idol[ola]træ. Sed nõ ſolus populus Dei fuit Eccleſia, verùm etiã al[iæ] gentes converſæ ad Deum, prædicatione Iſraelitarũ & [fi]ducia promiſſi Meſſiæ.

- Tertiũ, à Chriſto nato vel prædicatione Apoſtolorũ uſq; ad ætatẽ noſtrã, quo Eccleſia non fuit alligata ad certã ſedẽ. Hoc tempus quod eſt annorũ 1628. diſtinguatur quadrifariã, in tres integros periodos & quartam inchoatam. Tribuantur autẽ unicuiq; periodo anni 500. circiter.
  - Prima Periodus habet annos 500 à nato Chriſto, & Eccleſiam ab Apoſtolis & ipſorum auditoribꝰ collectam, usque ad Auguſtinum incluſivè.
    - Hiſtoria Eccleſiæ horum temporũ cognoſcatur ex Evãgeliſtis, Actis Apoſtolorũ, Euſebio, Socrate, Theodoreto, Sozomeno, Evagrio, Nicephoro, Epiphanio, Hieronymo, & cæteris ſcriptorib. probatis. In Nicephoro, Abdia Babylonio, & aliis non paucis multa fabuloſa continentur.
  - Secunda, ab Auguſtinno uſq; ad bella Henricorum IV. & V. quo creuére in Eccleſia errores & abuſus autore præcipuo Gregorio Magno.
    - ex Hiſtoriis Imperatorũ, decretis Pontificum, libris Cõciliorum, ſcriptis Monachorum. Item ex Platina, Garimberto, & aliis, qui Pontificum vitas ſcripſerunt, & de vitiis Pontificum, quia proxima ætas habuit confuſiones gentium & religionum.
  - Tertia ſequẽtes annos usque ad Lutherũ: quibus ann. 500. Monarchia in Eccleſia Politicis ſimilis conſtituta eſt: & Tyrannis Pontificia confirmata.
    - ex Hiſtoriis Imperatorũ, Decretis Pontificum, Scriptis Monachorum & ſcholaſticorum, & quorundam piorum, quia tertia ætas habuit tyrannidem Pontificum, in Eccleſia & Imperio, cum confirmatis abuſibus & Idololatria.
  - Quarta incipit ab emendatione doctrinæ factâ à Luthero, Philippo, & aliis.
    - ex Scriptis Lutheri, Philippi, & aliorum probatorum authorum. Item ex Sleidano.

**B** Monarchiæ ſunt quatuor:

- Primã Aſſyriorũ & Chaldæorũ condidit Nimrod, poſt diluviũ. Ante diluviũ n. gubernatio omnis fuit domeſtica & paterna. Scriptores de hac extant pauci. Ideò ſciuntur pauca.
  - Præcipui ſcriptores qui extãt, ſunt:
    - Biblia, Beroſ[…] Manetho, D[…] dorus Sicul[…] Herodotus, J[…] ſtinus, (ſe[…] Chronologia[…]
- Secundã Perſarũ cõdidit Cyrus, Aſſyriorũ Imperio deſtructo. Hac complector tempus à Cyro usq; ad Alexandrum.
  - De hac extant Scriptores:
    - Biblia, Metaſthen[…] Cteſiæ fragmentũ, […] rodot. Diodor. Xen[…] Juſtin. Oroſius. (t[…] His & Plutarch. ad[…]
- Tertiam Græcorũ, à Perſis ad Græcos tranſtulit Alexander. Hac complector tẽpus ab Alexandro, usq; ad Juliũ, i.e. totũ tempus ſucceſſorũ.
  - De hac extant:
    - Arrianus, Curtius, Plutarchus, — Qui ſcrip[…]runt de A[…]xandro M[…]
    - Diodorus, Polybius, M[…]mon, Appianus.
    - Livius, Juſtinus, Oroſi[…]
- Quartam Romanorũ inchoavit Julius Cæſar, quæ adhuc durat.
  - De hac extant ſcriptores:
    - Græci: Dion, Caſſius, Herodian. N[…]cephor. Zonar. Cedren[…] Nicetas, Nicephor. Greg[…] Conſtantinus Manaſſes, M[…]chael Glica, & alij.
    - Latini:
      - Vetuſtiores, ante divulſionem Imperij Orientalis, & Occidentalis: Sueton. Corn[…] Tacit. Vellej. P[…]terc. Ælius Lãpr[…] Julius Capitol[…] Ælius Spartian[…] Vulcat. Gallic[…] Flavius Vopiſc. […]bel. Pollio, vi[…]
      - Recẽtiores circa & poſt divulſionẽ: Annal. Regin[…] Abbat. Prumen[…] Speculũ Vince[…] Herman. Cõtr[…] Matthæus Pal[…] Otto Friſinge[…] VVitechind. S[…] v[…]

* Sext. Aurel. Victor, Pompon. Læt. Eutrop. Aminianus Marcellin. Procopius, Agathias, Jornand. Paul. Diaconus, Luitprand. Gregor. Turonenſis, & alij.

† Lambertus Schaffneburgenſis, Abbas Vrſp. Cuſpiani Cæſares, Naucler. Raphael Volat. Blondus, Albertus Crancius, Enneades Sabellici, Baptiſta Egnatius, Paul. Jovius, & plures alij.



**C** Tempore primæ Monarchiæ fuerunt:

- Regna, quæ celebrãtur:
  - Ægyptium, de hoc præcipuè: Biblia, Diodorus, Herodotus, Chronologica Euſebij.
  - Græca regna:
    - Vetuſtiora cõdita: Argivorũ ab Inacho; Sicyoniorũ ab Ægialo; Athenarum à Cecrope.
      - De his: Diodor. Pauſanias, Chronologica Euſebij. Argonautica, Homerus.
    - Recẽtiora condita: Ab Heraclidis ãte & poſt Pelopidas: Laconicum, Meſſeniacũ; A Pelopida Mycenarũ, Macedonicum.
      - De his: Diodorus. Pauſanias. Homerus.
  - Aſiatica: Regnum Medorum, Regnum Lydorum.
    - de utroque præcipuè: Herodotus, Joſephus, Diodorus, Chronologica Ioſephi.
  - Trojanum, conditum à Dardano. de quo: Homerus. Dares Phrygius.
  - In Europa: Celtiberorum in Hiſpania; Thuſcum in Italia:
    - de quo: Chronologia Euſebij, & Manethonis fragmentũ, Cato de Originibus.
- Reſpublicæ nullæ celebrantur.

Tem-

**D** Tēpore ſecundæ Monarchiæ, quæ primam ſuſtulit, & regna Medorũ ac Lydorũ in Aſia, Ægyptium in Aphrica, fuerunt.

- Regna, quæ celebrantur:
  - In Aſia:
    - Medorum.
    - Lydorum.
    - De his Herodotus præcipuè.
  - In Africa Ægyptiũ.
  - In Europa:
    - Macedonicum Heraclidarũ, Epiroticũ Æacidarum, Thuſcorum in Italia, hoc ſuſtulerunt Romani, ſicut & Græciæ regna.
    - De his: Herod. Diodo. Xenop. G. Gemiſtp. Pauſã. Strab. Pluta. Iuſtin.
    - Addā tur à tè lecti oni h ſtor c rũ, q de tr Mon chiis regn ab i ortis ſcripſerũt, Reineri Reineccij ſy tagmata, de familiis, quæ in il Monarchiis, & Regnis, reru potitæ ſunt.
- Reſpub. quæ celebrantur:
  - Attica. Spartana.
    - De his: Herodotus, Thucydides, Xenophon, Diodor. Siculu Georgius Gemiſtus, Pl tarchus.
  - Carthagineſis. Romana.
    - De his: Diodor. Siculus, Dionyſ. Halicarnaſſæus, Polybius, Appianus, Plutarchus, Liuius, Florus.
    - Addantur hiſ res Sicu læ. De quib. Hu bert. Go tzius.

Tempo



**E** Tempore Monarchiæ tertiæ Græcorum, fuerunt

- Regna, quæ celebrantur, cōdita à ſucceſſoribus Alexandri:
  - Ægyptiũ Ptolemæorum,
  - Syriacum,
  - Macedonicum,
  - Ponticum,
  - Armeniacum,
  - Parthicum,
  - Pergamenſe.
- Reſpub.
  - Romana,
  - Carthaginĩſis,
  - Maſſilienſis,
  - Rhodia,
  - Attica,
  - Spartana, quæ penè nihil fuit.

De his omnibus legãtur hiſtoria Romanorum apud Diodorum Siculum, Polybium, Appianum, Liuium, Florum, Saluſtium, Cæſarem, Plinium, Strabonem, Plutarchum, Iuſtinum.

Omnia enim hæc regna & Reſpub. etiam deleuerunt Romani, ſolo regno Parthico excepto.

Tempo-

**F** Tempore quartæ Monarchiæ poſt tertiæ à peregrinis gentibus dilacerationẽ cœperunt eſſe:

- **Regna**
  - **In Aſia:**
    - Perſicum, quod poſtea rurſus eſt translatũ ad Parthos, Saracenicum. — De his hiſ[toriæ] univer[ſa]les, & Sar[a]cenicæ, it[em] P. Bizaru[s].
    - Hieroſolymitanum, de quo VVilhelmus Tyrius, Scriptor hiſtoriæ ſac[ræ] & alij, qui pertexuerunt bell[ũ] ſacrum.
    - Tartaricum, de quo Hatto Armeni[us], Michovius.
    - Turcicum, de quo Hatto Armeni[us], Paulus Jovius, Leunclavius, L[ao]nicus Chalcondyles, Univerſales [hi]ſtoriæ & alij.
    - Moſchicum, de quo Sigiſ. ab Her[ber]ſtein, Alex. Guagninus.
  - **In Africa Saracenorum:** Ægyptium, Tunetanum, Telmeſinum, Feſanum, Marocinum. — De his univerſal[es] hiſtoriæ, & Sara[ce]nicæ, Siculæ, Fran[]cæ, ac Hiſpanicæ, Leo Aphricanus.
  - **In Europa.** Vide tabel. lit. G.
- **Reſpubl.**
  - Veneta, de qua — Sabellicus, Petrus Juſtinianus, P[a]tricius Venetus, Petrus Bemb[us], Caſpar Contarenus, Natalis Comitibus.
  - Genuenſis, de qua Sabellicus, P. Bizarus.
  - Helvetica, de qua Johannes Stumpfius, Se[b]. Munſter, Joſ. Simlerus.



**G** Europæ Regna plura fuerunt & ſunt

- **Ante imperium Occidentis, conditum à Carolo.**
  - Anglicum, de hoc Johan. Marius, Polyd. Virgilius, Paul. Jovius, Matth. Paris, Gulielm: Camdenus, Ponticus Virunnius & alij.
  - Scoticum, de quo Hector Boëtius, G. Buchananus.
  - Gotticum in Italia, de quo Procopius, Agathias, Jornandes, Blondus.
  - Francicum in Gallia. Burgundicũ in Heduis. — de hoc Rob. Gaguinus, Paul. Æmilius, Arn. Feronius, P. Cominæus, M. & G. Bellaij, Ab. Tritemius, Annales Flandrici, & alij.
  - Longobardicum in Italia, de quo P. Diaconus, Blõdus, Sabellicus, Sigonius, & alij.
  - Gotticum in Hiſpania & aliquot Maurorum regna ibid. — De hoc Hiſpanorum Chronica. Rod. Toletanus, Barth. Riccius, Fran. Terapha, Joh. Gerundenſis. Marius Aretius, Rod. Santius, Io. Vaſæus, Lucius Marinæus, Siculus, & alij. De Luſitaniæ regno, vide H. Oſorium.
  - Danicum. De hoc Albert. Crãtzius.
- **Poſt inſtauratum Imperium Occidẽtis:**
  - Ungaricũ, de hoc Bonfinius, Petrus Ranzanus in ſua Epitome.
  - Polonicũ, de hoc Mechovius, Martinus Cromerus, Alex. Guagninus.
  - Bohemicum, de hoc Æneas Sylvius, Dubravius Epiſcopus Olomucenſis.
  - Siculũ, & Neapolitanũ, de hoc Hugo Falcatus, Thomas Fazelus, Facius, Guichardinus.

Quæ deſunt, unicuique addere non erit difficile. Sed omnibus adjungantur Chronicon Philippi Melanchthonis, & Chronologica cùm aliorũ, ut Hieronymi, Mariani Scoti, Bibliandri, tum præ omnibus Lutheri, Funccij, Chytræi, & Bucholceri.

*FINIS.*

# DECRETUM ORDIN
## JURIS PROFESSORUM APU
*Bituriges, de ordine, via, & ratione interpretandi juris.*

PRidie Non. April. Anno à CHR
sto M. D. XLVIII. Eguin
Baro, Steph. Stratius, Jo. Rabyri
Andr. Leveſcatius, & Franc. Balduinus,
ordine, via & ratione interpretandi ju
ita decreverunt: Cùm rectè atque ordi
eq; Republ. Senatus Pariſiorum, Juſtinia
legumlatoris de eadem re ſecutus præſc
ptum, cenſuerit, ut Aureliæ doctorum p
mus, magnificentius ac ſplendidius a
quanto quàm cæteri, jus interpretare
omnes verò diſtinctè atque explicarè, leg
ipſas maximè, rejectis nugis, juventuti tr
derent; atque ut Inſtitutiones juris civil
quotannis a principio ad extremum, per
num ex doctoribus qui intra numerum e
ſet, incipientibus levi ac ſimplici via exp
narentur: Placere, ut Biturigibus primu
doctorum juris civilis Baro, eo anno, poſt
nodatas Inſtitutiones, ſeptem partium D
geſto



eſtorum duas, τὰ πρῶτα, & De judicijs, ex-
licaret: Stratius ſecundus totidem, De
bus & de pignoribus: tertius Balduinus
em duas, de Teſtamentis & de Bonorum
oſſeſsionibus: quartus ultimam partem
e verborum obligationibus, & Codicem
uſtinianeum: ſed ita ut nobiliore b bre-
um aut verborum difficultatem tractatus,
ona fide explanarent: cæteros ad fontes
ſos, id eſt, ſenatuſconſultum, plebiſcita, e-
icta, decreta Principum, & ad rubricas, bre-
iter revocarent. Secundo anno ex or-
ine partes ſequentes juris, ſibi eadem ra-
ione interpretandas ſinguli deinceps ſu-
erent: nimirum Baro, qui primam & ſe-
undam partem eo anno tradiderit, tertiam
& quartam ſequenti anno ſuſciperet: Stra-
tius, qui has jam expoſuerit, quintam & ſe-
tam ſortiretur: Balduinus his expoſitis,
eptimam Digeſtorum, & Codicem Juſtinia-
i adgrederetur: & qui has explicaverit,
nſtitutiones, τὰ πρῶτα, & De judicijs, acci-
peret: Ita fore, ut adoleſcentes, qui ex di-
erſis Europæ regionibus, ſtudiorum gra-
tia, in Biturigum Academiam venirent,
quotannis ſortirentur doctorum unum, qui
menſe Aprili Inſtitutiones occiperet, & in-
tra

tra quadriennium à Juſtiniano hiſce ſtudi
præſtitutum, omnia juris civilis corpora
volveret: quo interim ſpatio, ſi cætera
quoque audire vellet, quater ſibi expoſitu
jus civile domum referret: aut ſi per facu
tates, aut alioquin tantum temporis tribu
re his ſtudiis vel non liceret, vel non plac
ret, quo anno in gymnaſium veniret, eode
totius juris interpretationem ſemel quide
certè exciperet: rem tot ſeculis, non r
vitio, ſed interpretum culpa omninò i
auditam. Item cenſuerunt, ut Rabyriu
Leveſcatius, & cæteri juris Pontificum in
terpretes, eundem ordinem, eandemq; ra
tionem, in eo jure quotannis explicando
per omnia ſequerentur: utq; ex omni pro
feſſorum numero duo, qui non docti modo
ſed etiam experientes eſſent, feriis vind
mialibus nobiliſſimam juris particulam D
beneficijs (quæ Feuda appellant) volent
bus Latinè, & ſignificanter extricarent
cæteri Novellas Juſtiniani conſtitutione
reliquo juri aliquid derogantes, cum loc
proximis ejus atque conjunctis, diligent
contenderent atque compararent. Hi
ita quotannis per exquiſitos ex omni Eu
ropa magiſtros, juventuti exhibitis, proc

dubi



dubio innumeros verè juris & æquitatis conſultos, ad Rempubl. gerendam ex ea ſchola exituros: ſi modò neque auditorum erga Doctores officium, aut potius pietas, neque in audiendo attentio, & quotidiana aſsiduitas, neque deniq; magiſtratuum in conſervandis utriſq; ab injuria & periculo, fides & autoritas deficerent. Datum Biturigibus Anno 1548.

OTTO

## OTTO BRUNFELSIUS

*in libello de corrigendis Studiis ſeverioribus.*

CAPUT X.

SI quæſtum affectas & lucra, apprimè ſuppeditat ea hac tempeſtate Studium Juris. Nulla diſciplina eſt, quæ faciat nummatiorem. De hoc affatim diſputatum eſt ab Eraſmo Roterodamo in Commentario quodam Hieronymiano, & Ulrico Hutteno, eloquentiſſimo homine, in Epiſtolâ ad Crocotum amicū. Non tutum ſatis eſt in hos durum proferre ſermonē, quemadmodum & in Theologiſtas; ne litem aliquā moveat hominum hoc genus contentioſum.

Qui tamen in hoc ſtudio alioqui laudato laudabiliter velit philoſophari, id ſummoperè curabit, ut nihil magis quàm textum amplectatur: Accurſianum abſinthium, & quicquid barbarè à multis tractatum, παραλογισμοὺς Bartolinos & Balduinos ſuſq; deq; faciat. Diſcat & interdum ex ijs fontibus potare, è quibus deſumpta ſunt παραγγέλματα illa: atq; id ſummā cū religione. Neq; facilè in ſuam ſententiam trahat bidenos canones, quorum vix duo ritè ſibi cohæreant. Deum revereatur atq; juſtitiam & veritatem: qui Legū præcipuꝰ eſt finis. Alioquin ſummū jus, ſumma injuria. Et tū maximè diſceditur ab æquitate, quū maximè ſuperſtitioſè hæretur Legū literis. Quæ ineptia, proh dolor, jā inolevit, ut magis de verbis contendāt, quàm de mente Legislatoris. Neſcio ſi quid in hoc tam alioqui negotioſo ſtudio ac propemodum inexhauſto, vel periculoſius, vel indecentius, quàm quod à pleriſque Legūlejis adulteratur, ac in meras ugas καὶ τοὺς μύθους vertitur: quos vulgo Rabulas vocant forenſes: qui de induſtria, unà cum ipſis Medicis, artem ſuam difficilimam

cilimam reddunt, frigidiſſimis quibusdam gloſſematis ac regulis Cancellariæ: quo ſimul & uberior ſit quæſtus, & gloria major apud imperitos: Adeò ut paucos videas jam verè eſſe Jurisprudentes: pauciſſimos qui eam facultatem ſincero aggrediantur animo. Ni enim lucri quippiam ſubolerent, non adeo globatim ſe ei ſtudio applicarent. Eſt enim de pane lucrando, ut eorum verbis utar.

Sunt qui & in hac diſciplina pulchrè viam monſtrarunt ſtudioſis, præcipuè Guilielmus Budæus, Gallorum omnium doctiſſimus, totius Galliæ decus. Extat ejus volumen de aſſe, hominis ingenio dignum, multorum locorum hactenus à Juris profeſſoribus intellectorum ἀναστάσεις & λειώσεις continens. Ulpianum, Paulum, ac reliquos Legum ſummates, qui barbarè prius loquebantur, eloquentiſsimos reddidit, Deinde Udalricus Zaſius Freibergenſis jam grandævus παιδέκτας meditatus eſt, quibus facili operâ, ac citra laborem, poſthabitis aliorum cavillis, quicquid ad id negotii ſpectat, aſſequare.

*Hæc Brunfelſius. Scripſit autem ea ante decennium ſupra ſeculum integrum. Appenſurus etiam hiſce tabellis introductoriis auream Joannis Apelli in IV. Inſtit. Juſtin. Imperatoris libros Iſagogen, non difformis argumenti opuſculum, ſed differam id in ſeparatam editionem.* V.

---

ERRATA.

*Pag. 23. lin. 9. leg. ſuccedere defuncto. pag. 44. lin. 17. leg. & illud idem, quod eſt commodatum. pag. 55. lin. 6. leg. quod pro, quidem. pag. 58. ſub tit. De Vi bonorum rapt. lin. 7. leg. fort. in triplum ibidem lin. antep. leg illam & tantundem reſtituere cogitur. pag. 60. lin. [illegible] à fin. leg. extinguitur per. ibid. lin. antep. dele τὸ per. pag. 66 [illegible] n. 12. à fin. leg. id eſt, cujuſpiam. pag. 71. lin. 10. leg. præſcribuntur. pag. 74. l. poſſeſſionis, pro, poſſeſſoris. pag. 75. lin. 10. leg. Ei qui. pro, Et qui. ibid. lin. 14. leg. conteſtata.*